PAVLI
Castrensis

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

AVENIONICAE

in Digest. Vetus ac Nouum Prælectiones, ſanequàm doctæ, in quib. ita veteranũ egit, vt non paucis (quæ iuuenili calore ac tumultuariè in priorib. Senẽsib. ſ. & Patavi. effuderat) emendatis, abſolutiſs. opus reddiderit, & ſine quibus vix priores ſubſiſtere queant.

Adde, quod eaſdem Indice copioſiſs. Summarijs ſuis quibusque Legibus præſtitutis, ſic adornauimus, vt quid quæque Lex contineat nullo negotio aſſequare.

CVM PRIVILEGIO.

IVSTINIANVS IMPERATOR

LVGDVNI, 1544

Le Priuilege.

FRANCOYS PAR LA GRACE DE DIEV
Roy de France, Conte de Prouence, forcalquier, & terres adiacentes à noz
ames, & feaulx conſeilliers, les gens tenans noſtre court de parlement de
Prouence, Preuoſt de Paris, Baillyfz Dorleans, Touraine, & Berry, Sene-
ſchaulx de Lyon, de Poictou, de Thoulouze, Carcaſſonne, Beaucaire, &
Nyſmes: Et à tous noz aultres Iuſticiers, ou à leurs Lieutenant ſalut, & dile-
ction. Receu auons l'humble ſupplication de noſtre bien ame Dominicque
de Portonaris, Libraire demourant à Lyon, cōtenant qu'il à trouue moyen
de recouurer à groſſes requeſtes, peines & labeurs, vne ſeconde Lecture de
Paule de Caſtro ſur les Digeſtes vielz, & noüueaulx: enſemble vne Lectu-
re nouuelle de pluſieurs tiltres, qui ne ſe treuuent au parauant auoir eſte leuz
par ledict aucteur, ſur leſdictz Digeſtes vielz, & nouueaulx, Lequel liure q̄ iamais ne feut Imprime, il a recou
uert, & retire à grāds requeſtes, vaccatiōs, & moyennāt groſſes ſommes de deniers. Et ia pour icelluy dreſſe les
molles requis, & neceſſaires à grans vaccations, fraiz, miſes, & deſpens, enſemble pluſieurs Lectures dudict de
Caſtro par cy deuāt Imprimees. A laquelle Impreſsion, & à vēdre, & diſtribuer, ledict liure, apres l'impreſ-
ſion dicelluy, il à intention vacquer, & faire vacquer par ſes gens, ſeruiteurs, facteurs, & commis pour recouurer
ſes grans fraiz, ou partie diceulx. Et combien que comme dict eſt, il nait iamais eſte Imprime, touteſſoys il
doubte que apres l'impreſsion dicelluy, aultres le voulſiſſent ſemblablement Imprimer, & par ce moyen em-
porter le labeur dudict ſuppliant, & le fruſtrer de ſeſdictz fraiz, & miſes, qui ſeroit ſa deſtruction, ſi par nous
ne luy eſtoit ſur ce ſuruenu, & pourueu de noſtre grace, & remede cōuenable, humblement requerant icelluy.
Pource eſt il que nous ces choſes cōſiderees, non voulant ledict ſuppliant demourer fruſtre de ſes labeurs, vac-
cations, fraiz, & miſes, ne aultres perſonnes emporter le prouffit dicelluy: ains luy ſubuenir ſelon lexigence des
cas à icelluy ſupplie & aux ſiens, Auons permis, & octroye, octroyōs & permectōs, de grace eſpeciale par ſes
preſentes, que aultres que luy, ou ceulx qui auront de luy charge, & mandement expres, ne puiſſent Imprimer,
vendre, ne diſtribuer, leſdictz liures, ne aulcun diceulx, iuſques au temps & terme de cinq ans prochainemant
venant, comptant du iour & dacte de la premiere impreſsion. Si vous mandons, & commectons par ſeſdictes
preſentes, & à chaſcun de vous ſur ce requis endroit ſoy, & ſi comme à luy appartiendra, Que de noz preſens
grace, conge, licence, permiſsion, & octroy, vous faictes ſouffrez, & laiſſez ledict ſuppliant, ſes cōmis, & de-
putez ioyr, & vſer plainement, & paiſiblement ledict temps durant, en faiſant, ou faiſant faire inhibitions, &
deffences de par nous à tous Libraires, & Imprimeurs, & aultres perſonnes quelconques, de non Imprimer,
vendre, ne diſtribuer leſdictz liures, ledict temps durant, ſans le cōge, & licence dudict ſuppliāt. Et ce ſur grās
peines à nous applicquer, & confiſcations deſdictz liures. Car ainſi nous plaiſt il eſtre faict. Et audict ſup-
pliant lauons octroye, & octroyons de grace eſpeciale par ceſdictz preſentes. Nonobſtant quelzconques let-
tres ſubreptices impetrees, ou a impetrer a ce contraires, mandons, & commandons a tous noz Iuſticiers, Of-
ficiers, ſubiectz, que a vous, & a chaſcun de vous voz commis, & deputez en ce faiſant ſoit obey. Donne a
ſainct Erigny ſus Lyon, le huyctieſme Iour d'Octobre, Lan de grace, M. D. XLII. Et de noſtre
regne le vint huictieſme.

Par le Roy a la relation du conſeil.

Sanxon.

Habes ad calcem huius operis tabellas Legum

omnium, ſimul ac Paragraph. quos hoc volumine pertractauit Paul. Quibus itidem elegans & copioſum
rerum omnium ac ſententiarum memorabilium ſubiecimus Repertorium.

SPECTABILI IN PRIMIS AC INTEGERRIMO VIRO IACOBO CORNELERIO IVRIDICO PRAESIDATVI BORBONICO PRAEFECTO LONGE DIGNISSIMO

Petr. Tercœlinus Arcis Viciacex Præfectus Iudex'que immeritus

S. D.

QVAM efflictim etiannùm, vel tãtillum gratiæ apud te inire, vel rari insignis'que animi tui candoris honesto aliquo demereri officio desyderauerim, Vir mi omnium Clarissime, Prouinciæ'que Moderator selectissime, vt mihi dictu difficile esse video, ita ne hũc quidem locum ad id explicandum esse satis existimo. Siquidem in eo rerũ statu, dignitatum'que sis ordine, ac fortuna, vt huiusmodi homuncionum officia te capere, vel merita deuincire haud satis queant: tam'que eorum ipsorum officijs facilè careas, quam illi omnium fauore bonorũ atque suffragio summoperè egere sese agnoscant. Ad hæc cũ in te Maximas quasque vndique sic coijsse Virtutes conspicimus, vt nulla Charitum prorsus in cõferendis tibi, cùm corporis, tùm animi eximijs dotibus, defuisse videatur: fit, vt is mihi omnino τὸν ἄμμον ἀναμετρεῖν, aut laterẽ proluere censendus sit, qui Deorum immortalium diuina in te ornamenta externo humano'que opificio illustrare, aut oratione quamlibet artificiosa adaugere quærat. Cum'que ea penitius excutio, tãta sese offerunt omnia, vt dicturo mihi, quid primùm, quid item deinde ac denique postremo sumendum sit, haud dignè cernere queam. In primis nanque sic se exerit animi tui suauis Comitas, comis'que Suauitas, vt omne Inuidentiæ conatum, nõ depellat modo, verùm mitiget penitus'que terat. Adhæc sese ita ingenij morũ in cunctos candore singulari exercet Facilitas, vt Constantiæ hæroicæ'que Grauitati nihil depereat. Sic præest Virtutum omnium caput Iustitia, vt ne de gradu quidem vel transuerso digito admirabilis ac prorsus diuina decedat Clementia. Non deijciunt de ordine Summatum Potentiorum'que animi tui Fortitudinem terrores, non minæ, non opulentiæ, non vires, non superbæ ambitiosæ'ue factiones, non inimicitiæ bullosæ ac minaces. Non fallunt humilium preces, non miserorum coactæ ac fallaces lachrumæ raram illam ac singularem animi mentis'que Prudentiam. Non lædunt captiosæ hominum prolixæ'que largitiones, aut commentitiorum obsequiorum fucatæ exhibitiones continentissimam illam à rebus vel vltrò oblatis firmam & constantem Temperantiã: tanta tibi & in rebus gerendis, & in administrãdis inest Fides atque integritas. Quæ sic in te omnia in officio esse intueri promptũ est, vt chorũ aliquẽ virtutũ amœnissimũ constituisse videantur. Sed nec id mirum, siquidem, Gratior est pulchro veniens è corpore Virtus. In quo dignitatem tantam cum generis claritudine coniunctam conspicere licet, vt fortunæ corporis'que munus omne exuperet. Ex quo tam & si commendationem, vt & ex reliquis fortunæ, externis'que bonis non paucis, tibi summam quærere optare'que merito possis, sines lubẽter eximijs animi tui & admirandis summarum Virtutũ laudibus subiacere. Quibus apud homines merito vel inuidis rũpentibus satis ἀοίδιμος ἐβίωσας, & factis rectè famã nomen'que extende. De quibus amplius fortassè nec insignis, candida'que ingenij tui modestia, nec susceptum à me hic negotium sinit dicere. Quod & fœlicibus tuis auspicijs ductu atque fauore lubentius suscepimus, & leuius inter agendum sustinuimus. Cum enim Nostra huc Lugdunum è Viciaco Hyeme iam precipiti me cõtulissem, ibidẽ'que dies aliquot diuersatũ molestissimus longè, idẽ'que multo acerbissimus incessisset morbus, & ex eo aliquandiu decumbentem inuisisset (qua est in me iampridem singulari beneuolentia summoperè affectus) Mathias Bonhomus Calchographicæ industriæ vir peritia Clarus, ægritudinem valde iam exasperatam verbo, re'que leuaturus, cœpit hominis decumbentis valde misereſcere, vltrò omnia, rem, corpus, consilium ac fauorem offerre, & polliceri etiam, & si quid amplius posset. Animum resumpsi, speraui bene. Nec fefellit egrotum de hominis fide bene sperantem expectatio. Nanque in me ita Bonhomum, id est, probum ac benignum se exhibuit, vt non antea de mea egrotantis salute conquierit, donec valetudini pristinæ certæ'que incolumitati redditum omnino perspexerit. Cui ob egregiam illam raram'que, atque adeò paternam in me beneuolentiam, cum ipse immensis deuinctus officijs facere satis, vicem'que rependere (ne omnino ingratus viderer) instantius contenderem, tantum abest, vt ab homine nominibus multis obærato licet, quicquam accipere voluerit, vt ne verbum quidem vllum audierit vnquam egrius. Proinde iantùm in posterùm operam omnẽ meam, studium omne, & denique animã ipsam homini & bono, & probo addixi. Ac factũ deinde, non ita mox est, vt excellentissimi Iuris interpretis Pauli Castrensis Prælectiones in Digest. vetus ac Nouum aliquot Luculentas sanè, atque vt ab homine doctissimo doctissimas, quas Auinione (cum ibidem iura summo frequenti'que Auditorio profiteretur) suis dictauit auditoribus, tandem nactus sit. Quibus, se lubenter aiebat excudendis operam daturum, si modo ad prelum maturæ, aut paratæ forent. Rogauit'que in hoc operam meam: quam alijs & si pridem anteà ad dixissem, homini tamen de me adeò bene insigniter'que merito detrectare aut negare non potui, quamlibet id egerrimè susciperem: tùm quòd summum laborem imminere viderem: tùm quòd non dubitarem nonnullorũ isthoc nomine inimicitias plumbeas à me contractum iri. At vicit tandem officij erga me hominis bene meriti non ingrata recordatio. Ecce, admouetur & manus, & calamus, recognoscitur atque in non paucis restituitur Paulus; deperit illi nihil: adduntur illustria splendida'que ornamenta: vestitur elegantissimis Peryochis & argumentis, aut, vt dicunt, Summarijs certe non indoctis: prætexitur omni rerum ac sententiarum in ijsdem Prælectionibus memorabilum index locupletissimus, & quoad homini semidocto licuit, maxime latinus. At his omnibus formam speciem'que venustissimam pulcherrimis typo & charactere vnus addidit Bonhomus. Quo fit vt iantùm à vermibus & blattis vindicatus assertus'que in Publicum ornatissimus prodeat Paulus. Qui reliquos iuris professores suo tẽpore tanto anteiuit, quanto Paulus Iurisconsul. responsorum Iuris Author facundissimus simul ac excellentissimus reliquos Cęsuræ Ciuili Authores post se Reliquit. At ne in tam durum certamen, id est, hominum iudicium, ἀκέφαλος priuatus'que prodeat, te illi Principem atque ducem authoramentum'que tuum non denegabis, quem ob summam in te Iuris cognitionem & peritiam fidum Propugnatorem, ac seu tutelare numen inter vtriusque iuris Principes prudentissimè selegit. Vale vir Amplissime ac multò prudentissime mihi'que plurimùm obseruande, & quas officiorum erga te nostrorum velut Arrhas offerimus, quæso, ne respue. Edebatur Lugduni Nonis Iul. M. D. XLIIII.

ILLVSTRI GALLIARUM Vicecancellario ac Taurinensi Præsidi æquissimo D. Francisco Erraud domino de Chemans Antonius Colombet Lugd. S.

COLLES DVO sunt amœnissimi humanissime domine, quorum alter in ipso penè Lugduno est, alter verò Lugduno finitimus. in hoc Gregorius vndecimus, Innocētius quartus, Clemēs quintus, alijq́ue cōplures Romani antistites satis lōga annorū serie habitauerunt: Cuius rei testes locupletissimi sunt Hostiens. in summa Tit. de autor. & vsu pal. §. ij. & Octauianus de Martinis in oratione beati Bonauenturæ: & Platina in libro de vit. summo. Pontifi. In illo verò sancti Cirici delectatus Ioānes vigesimus secūdus ipsum aliquādo coluit, Cuius rei testem habemus Oldra. in consi. 331. ad idem. Hoc autem in colle sancti Iusti, cum duobus abhinc annis quondam dominus Franciscus à Monthelone, in cuius tu locum suffectus es, diuersaretur, oblatæ illi fuere Auenionenses Lecturæ D. Pauli de Castr. super Digesto Veteri & Nouo: quas cum dies aliquot euoluisset, laudauit: simul & probauit in ipsis Pauli stilum, docendique modum agnoscens. Idem quoque hoc est ex Pauli officina prodiisse, suo calculo planè confirmat D. Stephanus Bertrandus in Repeti. l. hac edictali. versi. si verò plures. C. de secund. nupt. cuius inibi hæc verba sunt: ex hac conclusione clarè patet quod dictum Paul. de Castr. in. l. si proponas. §. si hæreditatem. ff. de inoffi. testa. in lectura Auenionensi non est simpliciter verum. in his etiam assentitur D. Ioan. de Guaro. Doctor Auenionēsis. in repe. l. fi. C. de iur. emphy. versi. addo in hoc articulo Paul. de Cast. in. l. si præcario. in Lectura Auenionēsi. ff. communia prædio. Cuius ibi sentētia est, emphyteotam non præscribere aduersus canonis solutionem, Accidit deinde post aliquot tempora, quòd Mathias Bon hōme eas me inscio excuderet, imò etiam propemodum in totum iam excudisset. Quod cum rescissem in ipsius officinam impressoriam me cōtuli, ibidemq́ue negotium prope confectum deprehendi. Hominem rogare cœpi, an non coedere, Pauloq́ue vnam egregiam eiusdem lecturam in Legem Post contractum. ff. de donationib. quæ mihi valdè Titulo de Pub. iudic. qui tum imprimebatur, visa est conuenire, addere vellet. At ille, inquit, in tuam gratiam id lubenter faciemus. Quamobrem tum ex eo ipso tempore Lecturam ipsam excudendam tribuimus, hac lege vt eam tuo Clarissimo nomini dicaret. Quod & idipsum quoque lubenter annuit, & fini qui tum instabat adiecit. Eam nos quoque tibi dicatam consecramus, vt non minori authoritate fulta in lucem prodeat, quàm prodijsset sub auspicijs Domini à Monthelone: in cuius locum tu tum prudentia, tum doctrina par, nec illo minus lucubrationū doctorum virorum studiosus, successeris. Tu pro tua singulari humanitate ea fronte excipere non grauaberis, qua charissima quæque excipere soles. fiet enim vt tuo honestata nomine, constantius in lucem exeat vna cum toto eiusdem Pauli corpore: vt amantius & libentius nostrarum literarum candidatorum manibus contrectentur, quibus non mediocri vsui spero fore. vale excellentissime domine Nonis Iul. M. D. XLIIII.

PRAELECTIONES EXCELLENTISS. DOC. D. Paul. Castr. Auenionenses in. ff. uetus, quas Auenione plausibili auditorio fœlicissime dictauit, nunc primùm summa cura fideliq; diligẽtia recognitæ & emendatæ suisq; summarijs auctæ & ornatæ, in gratiã & communẽ omnium utilitatem occipiũt in Librũ Pandectarum Quintum,

De iudicijs *Rubrica.*

Summarium.

1 Iudicium in iure varie dici.
2 Iudicium causa & instantia in quo differant?
3 Iudicium ordinarium quid sit?
4 Iudicium ciuile quotuplex habeatur?

1 ¶ **Continua.** Ut in gloss. Ad euidentiã, tamen totius tituli sciẽdũ, ꝙ † iudiciũ dicitur multis modis. Primo modo idem est ꝙ discretio, vt iste habet bonum Iudicium. i. bonam discretionẽ: vt in. §. preterea. insti. qui. non est; per. fa. te. ⁊ in. c. graue. de preben. Secundo modo pro actione vt. l. j. C. fa. ercis. Tertio pro sententia, vt in. c. bone. §. nec obstabat. de postu. prela. Quarto pro authoritate: vt in. c. ij. extra eo. Quinto pro foro, extra. e. c. quanto. Sexto pro vltima voluntate. extra de testamentis. c. fi. Septimo pro instantia cause. ⁊ ita capitur in isto titulo. ⁊ vide glo. in. l. ordinata. §. sz si quas. ff. de libe. cau. ¶ Item † est sciendum ꝙ nos habemus causam iudicium ⁊ instantiam, que vidẽtur synonima, differũt 2 tamen: quia causa dicitur prout res in iudicium deducitur. iudicium prout in iudicio prosequitur, instantia prout sententia terminatur, vt in. c. forus extra de verbo. signifi. ¶ Unde iudiciũ prout hic sumitur tripliciter nominatur. Uno mõ iudiciũ. vide de hoc plene per Io. mo. e. li. vj. in rub. vbi ponit. xv. significata. Alio modo dicitur negotium. Alio mõ iurgium. Alio 3 modo lis. vt in dicto. c. forus. circa princip. ¶ Queritur † quid est iudicium ordinarium? est actus legitimus trium personarũ iudicis actoris ⁊ rei quod a iudice tanꝙ a nobiliori nominatur vt in dicto. c. forus. §. iudex. ¶ Iudicium vero extraordinariũ dicitur duarum personarum. vt dicto. c. forus. vt iudicis et rei. ⁊ dic vt ibi. glossa rubrice querit quotuplex sit iudiciũ: ⁊ dicit ꝙ duplex, ciuile ⁊ criminale. tu tertium adde mixtũ: vt si vir propter adulteriũ mulieris agat ad separationẽ thori. c. tua. extra 4 de adult. ¶ Item † sciendum est ꝙ iudicium ciuile est quadruplex. Quoddam est vniuersale, vt petitio hereditatis. ff. de peti. here. per totum. Quoddam est generale. vt pro socio, neg. gest. tutele. vt. l. pro socio arbiter. ff. pro soc. Quoddam est singulare vt. ff. de rei ven. per totum. Quoddam est commune, vt fa. ercis. vt. l. in tribus. ff. e. vide omnino Io. mo. vbi supra. ⁊ per Io. an. in nouella. e. ti. in rubrica.

Summarium.

1 Doctor scholasticorum iudex.
2 Prorogatio iurisdictionis partium consensu num vel citra litis contestationem fieri possit.
3 Prorogationem iurisdict. vel per quemlibet actum iuridicum fieri posse.
4 Clericus iurisdictionem cur sine episcopi licentia non prorogat, Laicus vero sic? Et quid in vasallo? nu. 6.
5 Honor cuicunq; lucro præferendus.
7 Clericus duos habens iudices num altero inuito in alterum ipsorũ consentire queat?
8 Laicus num in his, in quibus episcopum iudicem habet, possit in laicum citra episcopi licentiam iurisdictionem prorogare? Et an possit committere eidem excommunicandi facultatem? numero seq.
10 Exempti an possint sine pape licentia iurisdictionem prorogare.
11 Iurisdictio voluntaria num possit prorogari?
12 Prorogatio in criminalibus num locum babeat?

SI se subijciãt. Ista est not. l. ⁊ hz materiã vtilem. et est prima quam repetij in ista ciuitate in scholis palatij apostolici. ⁊ hoc dicit. iudicis habentis iurisdictionem ⁊ tribunal, vel iurisdictionem tantum, potest iurisdictio prorogari. h. d. sm Barto. vel sic, si partes consentiant in nõ suum iudicem, faciũt ipsum iudicem suũ, dummodo habeat iurisdictionem ordinariam cũ administratione vel sine. h. d. ⁊ sic in ordinario fit prorogatio de persona ad personam: sed in delegatum non: vt in. c. p. ⁊ g. extra de offi. deleg. ¶ In tex. iurisdictioni. si iudicis non sui. Et no. verbũ subijciant: quia per hoc videtur ꝙ possit fieri prorogatio per pactũ. ¶ In tex. tribunali preest. scz quia habet iurisdictionem cũ administratione, vt iudices ordinarij. ¶ In tex. vel qui aliam iu1 risdictionem scilicet sine administratione, vt † in doctore qui est iudex scholaris, vel in consule mercatorũ. ⁊ de ista materia prorogationis habetur hic ⁊. l. seq. vsq; ad. §. legatis. ⁊. C. de iuris. om. iu. l. j. ⁊. l. si quis ex. C. de epi. au. in iure ciuili raro alibi reperies. canoniste vero habent plenius istam materiam. quicquid tamen habent, habent a legistis ⁊ ponũt ipsi in. d. c. p. ⁊. g. ⁊. c. de causis. ⁊. c. quoniam olim Abbas. extra de offic. delega. et extra. e. c. j. ⁊. c. statutum. §. in nullo. de rescrip. lib. vj. ¶ Glos2 sa prima oppo. † tripliciter circa princip. dicit Guil. de cug. ꝙ si partes consentiant in iudicem cuius iurisdictio prorogatur, hoc potest fieri lite non contestata: vt. l. cum receptum. de iurisdict. om. iudic. ⁊ probat text. subijciant, sm eum. Sed oppo. contra glo. de. l. si quis in conscribendo. C. de probat. So. ibi non fiebat prorogatio, nec pactum de consentiendo in iudicem non suum: sed tantum de nõ opponendo fori declinatoriam. Item potest etiam fieri prorogatio per alios actus litis contesta. precedẽ. lite tamen contestata omnia confirmantur: vt videmus in simili, ꝙ si pars non citata veniat ad iudicium: et ibi litem contestetur, valet: quia omnia per lit. contesta. confirmantur. Sed pone ꝙ litigatur in causis modicis ⁊ breuibus coram non suo iudice, in quibus non requiritur lit. contest. queritur quãdo dicatur eius 3 iurisdictio prorogata? dico † ꝙ per quemlibet actum iuridicum fit prorogatio. l. nihil. C. de procur. ¶ Sed queritur sm Pe. pone ꝙ duo iurisdictionem alicuius prorogauerunt, ⁊ aliqs act9 factus est, nũquid possim penitere añ litem contest. do. Pe. ꝙ sic quia hoc sibi a iure concessum est, et sine pena per. l. si conuenit. in glo. alleg. ¶ Ex quo not. ꝙ obligatus ad factum si non fiat quod conuenit, non tenetur ad interesse. quod tene menti: quia est contra communem regulam. l. si quis ab alio. §. j. de re iudic. ¶ Oppo. gloss. secũdo de. §. economos. So. de iure. ff. poterat fieri prorogatio per quemlibet etiam clericum per. l. istã, que generaliter loquitur. Fallit in. d. §. economos. Sed de iure canonico aliter est ordinatum, vt in glo. et per constitutionem Frederici positam in auf. statuimus. C. de episcopis ⁊ cle. ¶ Que4 ritur † que est ratio quare clericus non potest iurisdictionẽ prorogare sine licentia episcopi, et tamen laicus potest? Bart. dicit ꝙ ratio est, quia fieret preiudicium episcopo: et clericus commodum affert iudici seculari, que ratio cessat in laico. cum omnes laici sint subditi Imperatori, et omne commodum applicatur sibi sub quocunq; iudice seculari fiat. Sed ista ratio non dicitur valere, nec hodie locum sibi vendicare. cum etiã in laicis sint iurisdictiones distincte ⁊ commoda separata. Itez quia si propter preiudicium quod fiebat episcopo impediebatur fieri prorogatio a clerico: eadẽ ratione non põt fieri a laico q2 facit preiudicium suo iudici quo ad honorem. honor est enim iudicis habere multitudinem causarũ. vt. l. si in seruum. §. sed cum. l. s. de arbi. ergo si propter commodum pecuniarium poterat impedire, 5 multo magis propter honorem: quia † honor preferendus est cuicunq; lucro. l. j. iulianus. ff. si qs omis. cau. te. ⁊. l. reprehẽdẽda.

C. de insti. & substitu. sub condi. fac. Sed hoc est falsum quod iudex laicus possit impedire prorogationem, ut habetur per Cyn. in dicta l. si quis ex consensu. ergo ratio sua non procedit. innuit etiam ipse, quod ubicunque fieret preiudicium pecuniarium iudex posset prorogationem impedire. quod tamen est falsum. nimis enim restringeretur materia prorogationis. ¶ Et ideo dicit quod ratio est: quia maiorem iurisdictionem habet episcopus in clericum: quam habeat iudex secularis in suum subditum. Episcopus enim habet potestatem in clericum quo ad mores: & potest etiam beneficio ipsum ex causa priuare: quod tamen secus est in laico. Quid enim ad viguerium, si laicus non habet bonos mores, vel male gubernet bona sua? certe nihil. ¶ Et ista intelligas in iudice qui habet iurisdictionem tantum in litibus & causis: quia si esset iudex vel alius superior, qui haberet iurisdictionem in laicum ultra causas & lites ut domini castrorum ipse laicus sine consensu ipsorum, non posset iurisdictionem prorogare. vasallus † enim sine licentia domini non potest: ut in c. ceterum. extra e. tunc enim est eadem ratio, que est in episcopo. ¶ Queritur † quid si clericus habet duos iudices: nunquid poterit in unum ipsorum, alio inuito consentire? glos. videtur hic dicere, quod non. tu distingue duos casus: quia interdum isti iudices sunt eque principales: et tunc refert: quia aut iste alius iurisdictionem parem habet: ut erat olim in ciuitate Remen. ubi archiepiscopus & archidiaconus habebant iurisdictionem parem: nec dependebat ex parte clerici. & tunc erat locus preoccupationi. per c. in pari. de reg. iur. lib. vj. & ibi Io. an. in mercurialibus. ubi disputat hanc. q. Aut dependet ex volutate clerici: licet sint eque principales: clericus tamen potest forum declinare etiam sine licentia alterius in c. j. de iud. fac. quod no. in auth. habita. ne filius pro patre. interdum sunt quidam subalterni: & ut potest poni, si esset ita de consuetudine, quod clericus primo conueniretur coram archidiacono, & post coram episcopo: & certe tunc potest consentire in episcopum sine licentia archidiaconi. ut no. singulariter Inno. in c. dilecto. circa medium. extra de offi. archi. & tene menti: quia non est alibi. facit quod no. idem in c. que ecclesiar. extra de offi. or. ¶ Sed † queritur nunquid laicus in his in quibus habet iudicem episcopum, possit iurisdictionem laici iudicis sine licentia episcopi prorogare? & dic quod non in mere spiritualibus: ut in c. decernimus. extra e. ti. Sed nunquid in alium episcopum? dicit quod sic per l. ex consensu. C. de epi. audi. secundum unum intellectum secundum quem intelligitur de prorogatione. ¶ Sed † nunquid potest sibi dare licentiam excommunicandi? & dic quod non: ut in c. p. & g. all. & no. Inno. in c. de caus. e. ti. et in c. quoties cordis oculus. j. q. vij. ratio, ideo quia Deus dedit istam potestatem episcopo in suos subditos. & illud quod a Deo venit prorogari non potest in alium. ut in c. ratio nulla. de preben. in fi. ¶ Sed † nunquid exempti possunt iurisdictionem prorogare sine licentia pape? & dicit quod non: ut in c. authoritate. de priuile. lib. vj. ¶ Sed nunquid idem inuito delegato cognoscere poterit. pone enim, quod papa delegauit alicui aliquam causam: episcopus vult cognoscere inuito delegato, nunquid potest. et dicit quod aut iste datus est ad requisitionem partium: & tunc antequam incipiat iudicium potest cognoscere: vel ante literarum presentationem. argu. c. ut nostrum. de appella. & c. super eo. Aut fuit datus proprio motu, & sine postulatione: & tunc quia princeps causam ad se videtur aduocare, non potest etiam consentiente delegato: ut in c. ex conquestione. de restitut. spolia. & ita not. Innocen. in c. ad petitionem. extra de accusationibus. & hoc videbatur dicendum in princip. Circa † principium gl. queritur sed nunquid possit voluntaria iurisdictio prorogari? & dic quod aut loquimur inter personas inhabiles: & non potest, vt. l. inuito. §. tutoris datio de tute. inhabilitas enim personarum impedit prorogationem: vt. l. j. C. qui legi. perso. habent standi in iudicio. & §. dicetur. Aut queritur de personis habilibus: & potest. vt. l. prima. C. de emancip. ¶ Sed queritur quid in notario, si mandat vt alius scribat: queritur nunquid possit? de incerto, dic quod non: vt. l. in frau. §. quoties. ff. de iud. fisti. et l. repetita. de episcopis & cleri. per Guilliel. ¶ In glo. fin. queritur † nunquid in criminali causa possit fieri prorogatio? & breuiter dicendum est, quod sic: dum tamen ille cuius iurisdictio prorogatur habeat merum imperium: vt gloss. fina. dicit per. l. fin. C. vbi de crimi. agi oportet. & l. inter cons. ad mu. l. j. C. de sicar. & ad. l. fa. de pla. l. j. Et ista sunt vera quando per se proceditur per viam ordinariam accusationis: quia secus esset si procederetur per viam inquisitionis: quia tunc malefica remanerent impunita. & daretur occasio delinquendi. quod aliquis enim incontinenti, quod maleficium commisisset iret ad iudicem amicum suum, cui forte daret pecunias, & preueniret iudicem ordinarium: & ita maleficium remaneret impunitum: & hoc nota. ponit Baldus in dicta. l. si quis ex consensu. de episco. audi. quod nullus alius ponit. tene menti residuum materie vide bis in. l. sequen.

Marginal numbers (left column): 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12

Summarium.

1 Consensus in prorogatione siue de re ad rem, siue de loco ad locum, siue de persona ad personam, siue de tempore ad tempus, quis, & cuius requiratur?

2 Voluntatem coactam voluntatem esse.

Consensisse. Consentire dicuntur illi, qui sciunt se non subditos iudici, & coram episcopo litigant sponte. Si autem errant in iure, vel in facto, vel non sponte litigent, consentire non videntur. h. d. ¶ Et no. † quod non requiritur quod talis consensus sit expressus, sed sufficit tacitus per litis contestationem comprehensus, quando fit prorogatio de persona ad personam. idem quando fit de re ad rem: vt colligit in c. cum olim. Abb. de offi. dele. ¶ Sed quando fit de loco ad locum, debet esse expressus. tex. est cum glo. in c. statutum. §. in nullo. extra de rescrip. lib. vj. Quod quando fit de tempore ad tempus: dic vt colligitur. in. c. de causis. de offi. dele. ¶ Item adde quod si partes litigent vsque ad finem iudicij, non propter hoc presumuntur consentire, nisi sciant iudicem esse incompetentem. vt not. in Spec. de compe. iud. aditione. §. j. ver. sed nunquid presumitur. ¶ Ista. l. venit ad declarationem. l. preceden. quando dicantur consentire. Consentiunt etenim tacite litigando, non enim requiritur quod expresse dicant prorogamus iurisdictionem tuam: & hoc in prorogatione de persona ad personam. idem de re ad rem. sed in prorogatione de loco ad locum, vel de tempore ad tempus, debent hoc expresse dicere: vt. s. dixi. ibi si putarunt, scilicet errore iu. aut errore facti. ¶ In gl. nulla op. quia coacta voluntas, est voluntas vt. l. si alr. §. si dos. Sol. hic est speciale in dote, alius casus est in matrimonio carnali, vt in c. cum locum. de sponsalibus. idem in spirituali: vt in c. bone. de elect. item oppo. gl. de leg. interdum. quod cum falso tuto. So. dic quod ibi fuit facta compulsio per iud. competentem. ¶ Queritur nunquid ambe partes debent consentire, vel sufficiat vnus. Pe. in. l. si quis ex consensu. all. quod ambe debent consentire. ¶ Tu dic quod aut iudex est incompetens respectu vtriusque partis: & tunc vtraque pars debet consentire. ita intelligitur opinio Petr. Si vero iudex est incompetens respectu vnius tantum: et tunc sufficit consensus illius, qui non est de iurisdictione: quia tunc illius preiudicium tantum agitur: & ita intelligo dictum Spec. positum in ti. de compe. iud. adi. §. j. versi. sed quid si duo pisani.

Summarium.

1 Iudex in quem prorogatur iurisdictio, an habeat necesse expresse dicere, placet quod prorogetis, ad hoc vt prorogatio teneat? Et an saltem requiratur eius scientia? nu. seq.

2 Statuto cauente, quod minor citra duorum consanguineorum consensum non contrahat, an si cum duobus consang. contrahat sine curatore, efficax sit contractus.

3 Iudex si absentem citari fecit, nec seruiens retulit, & in sic absentem processit, an valeat processus sine seruientis relatione factus.

§. Conuenire. In prorogatione iurisdictionis de persona ad personam sufficit consensus partium, nec requiritur consensus iud. quia lex iulia priuatorum iudiciorum de consensu tantum partium facit mentionem, non de consensu iudi. & nos debemus esse contenti verbis legis. h. d. notabiliter. ¶ In tex. consensus. i. scientia, id est, dicere vtrum † requiratur, quod iudex sciat se non esse iudicem competentem, & quod prorogent iurisdictionem in eum: non autem intelligas, quod queratur vtrum iudex debeat expresse consentire, dicendo placet mihi quod prorogetis iurisdictionem. in me, vt patebit ex his, que statim dicam. ¶ Finis istius text. inducitur ad. q. † si statutum dicit, quod minor debeat contrahere cum consensu duorum consanguineorum: ipse contraxit cum consensu illorum, & non curatorum: nunquid valet. & videtur quod sic per istum tex. Sumus tamen et verum: quia de iure communi debet interuenire authoritas curatorum: vt. l. si curatorum. C. de i inte. rest. nec ob. ista l. quia hoc requiritur. authoritas iudi. nulla alia lege cauetur ac i l. j. de verb. obli. quoties. ¶ Opp. extra glo. quod requiratur scientia iudi. quia quoties alicui datur potestas, & nescit non valet quod agitur: vt. l. quero. ff. de eo qui pro tuto. ne. gessit. Idem in herede. l. si heres institutus. j. de here. quod ita dicamus in iudi. ista est fortis oppo. ¶ So. interdum ille qui habet potestatem, nescit illud quod ei principaliter dat sibi, quod facit: & tunc si ignorat non valet, quod facit, vt interdum qui habet potestatem scit illud quod principaliter est causa sue potestatis, non tamen

scit

scit quo,nec alias circumstatias:et tunc non vitiat.in.l.quid si dubitet.de acqui.here.et.l.gallus.§.sciendum.de libe.et posthu.et ita hic in iudice qui sciebat se iudice.nesciebat tamen quo.utrum esset ordi. vel prorogatus,et quod facit non vitiatur,ut hic. ¶ Ex quo infero,quod si iudex sciat se iudicem incopetentem et ignorat utrum partes sciant,vel ignoret prorogatione:quod non valet processus. ¶ Infertur † etiam ad aliud iudex fecit citari absentem:seruiens tamen non fecit sibi relatione:et iudex procedit contra absentem sine relatione:quod non valet processus:quia ignorat illud,quod est causa sui processus. ¶ Item inducitur ad aliud,quod si iudex ferat sententiam et sciat litem non fore conte.quod non valet:secus si ignoraret quomodo esset contest.utruz per confessionem,vel negatione. primum dicit Bar.in.l.hec aut.§.non defendi.j.quibus ex cau. in poss.ea.Quia ad hoc quod quis contumax per iudi.pronuntietur: debet constare iudici de contumacia ut ibi.facit quod no.in sili.in.c. prudentia.de offi.dele.pro quo facit quod no.Inno.e.tit.in.c.consuluit.glo.iuste.e.ti.et ideo consilium est,quod iudex dicat verbis citatio. cote.etc.et de hoc etiam ponit Bart.in.l.multum.de condi.et de. et alleg.istum text.pro secundo facit quod dixi in.d.l.gallus.§.si ei⁹.j. de lib.et posthu.et dixi tibi in.l.qui in unum.j.de testa.ubi etiam hoc anno preterito tetigi.

Summarium.

1 Prorogatio temporis ad tempus quando efficaciter fiat,& quando non? Et an scientia iudicis requiratur? Et quid in aliis prorogationis generibus? & nu.seq.

3 Episcopus quo casu extra territorium,etiam inuito alio iudice iurisdictionem suam exerceat?

4 Prorogatio de habitu ad actum quedam est.

5 Iurisdictio prorogata num sit eadem natura cum prima,an vero diuersa? Et an a prorogato iudice appellari possit?

§. **Si iudex.** Iurisdictio delegata pot prorogari de tempore ad tps de consensu ambarum partium,et etiam iudicis,nisi per delegatem fuerit prorogatio inhibita.h.d.nota. ¶ In tex.datus,id est,delegat⁹.Principali.i.principis qui delegauit. ¶ In glo.† inhibita.interdum tepus apponitur iudici et iurisdictioni.et pot prorogari,ut hic. interdum apponitur tps iudici tantum:ut in ordinario iudice:ut si statutum dicat,quod si ca ventiletur inter duos consanguineos,quod terminetur.j.duos meses.et tunc loquitur.l.iij.C.ut intra certum tps.et ut oes tam ci.quam mili.l.fi.Interdum statuitur iurisdictioni et instatie:et non pot prorogari,ut.l.properadu.in gl.all. ¶ Circa gl.ista quero quo intelligitur hic consensus.rndeo pro scietia.i. oportet quod iudex sciat,quod partes prorogauerint de tpe ad tps iurisdictione. ¶ Sed quare in hoc casu requiritur scietia iudicis: cum secus est de prorogatione de psona ad psona.rndeo quod hic pro tanto requiritur scia:quia si ipse ignoraret illud quod est principalis ca sui pcessus non valeret quod fieret.iudex enim ad certum tps datus finito tpe scit se iurisdictione non hre:et ita ignorat pncipale:et ita non vz processus,ut.l.qro.j.quod cum falso tu.et.l.heres institutus.de acqui.he. ¶ Et ide est de proroga.de loco ad locu,et de re ad re. Requiritur enim scia iudicis.quia alias nesciret pncipale processus. ¶ In prorogatione aut de psona ad psona non sic:quia licet iudex nesciat prorogatione partium:tamen pot pcedere:quia iuste pot ignorare,vel credere,vel nescire utrum illi sint subditi sui,vel non et semper credit illud quod est pncipalis ca sui processus.s.iurisdictione. credit enim vel credere pot illos esse subditos suos:et ideo semp se scit iudice,lz nesciat quo.et ideo vz pcess⁹,ut.l.qd si dubitet.de acq. he.et sec⁹ tamen si sciret illos non ee subditos:ut.s.pxi.§.dixi. ¶ Nunquid † possit fieri prorogatio de loco ad locum:et post multa dic aut loquimur i delegato:et tunc dic ut i.c.statutu.§.i nullo.de rescrip.lib.vj.quia pot fieri etiam inuito iudice:quia tex.ibi generaliter loquitur.aut loquimur de ordi.Et tunc dic quod si iudex illi⁹ loci,ubi fit prorogatio,expresse prohibet,quod pot:et tunc non potest fieri. Aut tacet:et pot.ut.l.heres in fundo.de usufru.lega.et.c.sancimus.de rest.spo.et ista vera inter non suos subditos:si aut inter suos subditos extra territorium vellet cognoscere,et una parte inuita:et non pot,nisi in casu speciali:quando eps est expulsus de sede: quia † tunc pot etiam inuito iudice in alieno territorio.ut in cle.Quis. in prin.de foro cope.ro.ideo quia iudex ex territorio pro puato hr: ut.l.preses.de offi.presi.Est et alia † spes prorogationis de habitu ad actu,de quo p Inno.in.c.prudetia.extra de offi.dele.et per Bal.in.l.si quis ex consensu.C.de epi.audi.et fit quando tribus vel pluribus comittitur causa,quod si omnes interesse nequeant,quod duo ex ipsis procedant.quia procedere non debent nisi tertij iudi.habeant excusationem literatorie.vel nuntium spalem:ut dicto.c.prudentia.lz quilibet ipsorum habeat iurisdi.habitu,non tamen actu:partes tamen in ipsos duos tunc actu possunt iurisdictionem prorogare etiam non habita excusatione tertij.ita ponit Inn.in dicto.c.prudentia. ¶ Idem est in iudicibus quorum iurisdictio. quantum ad exercitium finitur an tps eorum per octo dies:ut.l.pridie.s.de ferijs.et.l.omnes.cum glo.C.de fe.licet enim per illud tps non habeant iurisdictione actu,tamen partes possunt in eos iurisdictione prorogare.ita not.magr meus.d.Baldus in dicta.l. si quis ex cosensu.de epi.audi. An † autem iurisdictio prorogata sit eiusde nature cum persona,vel habeat propriam natura:hoc ponit Petr.in.d.l.si quis ex consensu.et quod eiusde nature est.An aut possit appellari,ide tz ibi,quod sic,si talis sit iudex prorogat⁹,a quo al's poterat appellari.ut.l.consensu.ff.de appella.et ad unum tamen aduerte,quod iurisdictionis ꝓrogatio de tpe ad tps non potest fieri in eodem post tepus suum finituz.quia priuatorum consensus non facit iudicem.secus in delegato.et ita intelligitur hic prorogatio de tempore ad tempus.

§. **Legatis.** Qui causa legationis vel testimonij dicendi aut alia iusta et probabili ca: non mere voluntaria,se transfert ad aliquem locum,ubi sortitur forum rone cois patrie,vel ratione originis,aut qualibet alia rone, non pot ibi conueniri:sed habet ius reuocadi domum:h.d.usque ad.§.omnes,ibi si non. Limitatur hoc sex modis.per ordi.Premitte pro euidentia,quod multis modis quis sortitur forum.ut.l.absens.j.e.ti.in tex.Rome,ubi sortitur forum ratione communis patrie:vel alio loco ubi sortiat forum alia ca,puta originis.Et est text.ro ideo ne officium sit eis damnosum:ut.l.videlicet.s.qui. ex cau.maio.alia ideo ne turbetur officium legationis.vel tertia.ideo,quia sunt ibi ad tempus breue,ut.l.quesitum.§.ide respondit.de fund.instru. ¶ Et inducit hoc Bar.quod etiam isti de qubus hic non possunt pro represaliis capi,nec etiam detineri. quod est not.Et not.gl.destinati.etiam gl.venera t.

Summarium.

1 Aditio quandoque quodammodo fit coacte,& quandoque nuda voluntate & non facto.

2 Statuto si caueatur quod quis conueniatur cessante omni priuilegio,qualiter intelligi debeat?

§. **Omnes.** hic limitatur illud quod dicitur. in.§.legatis sex modis usque ad §.in omnibus.Prima limitatio.quod illa sunt vera,quando conueniunt super contractu,vel obligatione alibi facta,secus si sup contractu celebrato in eodem loco,in quo reperiuntur.Ibi enim omnes supradicti possunt conueniri,si contraxerit an sue tempore legationis.secda limitatio.quod illa procedunt durante causa rationabili,propter quam ibi sunt:sed ea finita possunt conueniri.tertia limitatio.quod illa procedunt,quando conueniuntur super contractu celebrato in propria terra vel prouincia.si autez couenirentur.de contractu facto extra prouincia:non possunt petere se remitti,proinde acsi in illo loco proprio,ubi reperiuntur contraxissent.ratio ideo quia contrahendo extra prouincia videntur consentire,quod extra prouincia conueniantur.unde indebite petunt se ad locu propriu remitti.h.d.usque ad.§.sz si agat. ¶ In tex.plane.secda limitatio.Ite tertia limitatio. ¶ In gl.contraxerunt quando dicit quod secus in quasi contractu:forte istud non esset verum in quasi contractu,qui fit ex mera voluntate,et consistit in facto:ut in neg.gest. quia sunt alie rationes,quod in aditione,que † quodam modo fit coacte:ut non adita non transmittatur et que fit etiam nuda voluntate,et non facto. ¶ In glo.compellitur.no.glo.secdo quatenus dicit de priuilegio cessante.Ide no.in contractu.et in.l.heres absens.j.e.Et † facit ad.q.si statutum dicat,quod quis conueniatur omni priuilegio cessante:quod debet intelligi de priuilegio impetrato,non a pacto vel statuto concesso.

Summarium.

1 Reconuentio in criminali num fieri possit.

§. **Sed et si agant.** Ille qui agit cora aliquo iudice,potest cora eode conueniri:vel reconueniri:nec potest declinare forum eius

nisi agat ex causa, que sibi inuito accidat. h. d. nota. z est quarta 1 limitatio. ¶ Iste. §. inducitur ad† q. ꝙ in causa criminali non potest fieri reconuentio sm Bar. in auth. z consequenter. quod verum est, quando illa causa reconuentionis est minor, ꝙ criminalis. Constat tamen, ꝙ causa conuentionis z reconuentionis debent simul terminari. Et ita non potest fieri hic: quia causa criminalis maior: etiam ideo prius debet terminari criminalis. l. per minorem. ff. licet iste. §. modicū ad hoc faciat quia hic non agebatur criminaliter, sed ciuiliter tantum. Item inducitur ad. q. an clericus in causa reconuentionis possit cōueniri coram iudice seculari: z tunc aut in causa ecclesiastica z spirituali: z non pōt vt. c. decernimus. z. c. quanto. de iud. Aut in causa prophana: z tunc aut circa eandem causam, vel contingentem, z potest reconueniri: vt forte si agat petitorio, potest recōueniri in possessorio vel simili: vt z in. l. iij. de quibus rebus ad eūdem iud. ea. Aut in causa prophana penitus separata: z tūc si sit ecclesie non potest: quia sicut ecclesiam non potest conueniri, ita nec reconueniri. Aut in causa prophana: z in hoc est dubium: quia quidā dicunt ꝙ non: quia iudex nullo mō pōt. c. de causis. de ordi. cogni. tamen opinio est, ꝙ possit per. c. at si clerici de iudi. z ita ibi videtur tenere. Io. an. iij. q. viij. §. cuius agēdo. in pn. probatur in. §. reuerēdissimis. in auf. san. epis. z quod. no. in. d. auf. et consequenter.

§. **Sed si dubitetur.** Super exceptione dilatoria cognoscēdum est z pronuntiandum anteꝙ ad vlteriora procedatur: z si pronuntietur: causa obstare, remittetur opponens ad iudi. cōpetentem prestita cautione. ꝙ certa die coram illo competenti iudi. comparebit. h. d. multum nota. per Baldum. Et ponuntur hic quinta z sexta limitatio. ad. §. legatis, nam persone de quibus ille. §. loquitur in duobus casibus hic contentis respondere tenentur. ¶ Opp. contra primum ꝙ non sit super dilatoria. d. l. j. C. de ord. cog. Sol. vt. ff. e. l. de qua re. ¶ Item contra secundū de. c. si. de sentētia excō. So. ibi in clerico cui opponitur sententia excomm. de qua laicus intromittere non debet: hic vero in laico. ¶ No. gloss. promissione. que semper alleg. et est similis in. l. nisi. §. quāuis. si cui plus ꝙ per. l. fal. z. l. j. de preto. stip. Circa quam dic ꝙ aut remittitur alicui cautio quam nō potest. puta forensi: tunc debet promittere: vt hic. in. l. cum non facile, si cui plus quā per. l. fal. Si vero remittitur alias. q2 non tenet, dz obligare bona, quando est in suo loco: vt. l. filio. ff. vt lega. no. ca. ¶ In glo. accipere. no. glo. ꝙ vbi iudex alias habet iurisditioctionem, habet locum iste tex. al's non. Idem tenet Innoc. in. c. preterea. de dila. z Spe. in ti. de compe. iudi. adit. §. j. ver. sed nunquid incompetens. ¶ Item not. in eadem glo. ꝙ iste tex. locum habet in iudi. longinquo. secus si propinquo.

§. **In omnibus.** Dū exceptio fori discutitur: tēpus pscriptionis nō labitur. Bald. z est multū singularis z vix reperies alibi. protelatur. vt quia conuentus allegat causam legationis: actor dicit legationem finitam. nā dum iudex de hoc cognoscit, non currit tempus actori. ¶ In gloss. que oppo. neutra. so. glo. valet. Dic ergo ꝙ in contrario erat certum ipsum fore legatum, z sciebat: hic ignorabat.

§. **His datur.** Mulctā nō potest indicere nisi iudex qui merū habet imperiū. h. d. penam vero quilibet iud. potest imponere, qui potest de cā cognoscere: vt no. Inno. in. c. licet. extra de pe. est autem differentia inter mulctam z penam vt. l. aliud est fraus. §. inter mulctā. de ver. signifi. ¶ In tex. publice iudicium, id est, merum imperium. hic habetur quis possit mulctam imponere: penam quilibet iudex: quia ex quo a lege dicitur iudex potest declarare. ita dicit Innocen. in. c. licet. extra de pe.

Summarium.

1 Iudex aduersus cōtumacē latitātē ad secūdū decretū procedere pt.
2 Processus aduersus latitātem contumacem factus num sit efficax?

NOn videtur. Contra illum, qui habet exceptionem declinatoriam fori non potest procedi tanꝙ cō 1 tumacem. Bart. premitte† ꝙ contra contumacem latitātem proceditur ad secundum decretū: vt. l. fulcinius. z in discursu tit. ff. quibus ex cau. in pos. ea. Et no. ꝙ iste processus factus contra istum, tanꝙ contra contumacem, non valet, quando sic esset presens z c. ¶ Gl. querit z opponit z primo qñ ex defectu iurisdict. citātis. secundo ex defectu iuris agentis. tertio propter defectum persone agentis: vt quia est bannitus vel excommunic. Ego dico, quando propter defectum citationis, vt si citatio fuit facta die feriata: quia non valet processus: vt. c. fi. de fe. item quando est defectus ex parte loci: vt. s. de arbi. l. sed z si cū dies. z. l. quesitum. de re iudic. z clem. pastoralis. eodem tit. de re iudic. item qñ est defectus, quādo non tenetur rñdere propter priuilegium: vt s. §. legatis. z. l. si quis ex aliena. ¶ In glo. fina. que finaliter distinguit aut est certum: z nō tenetur, aut est dubium z tenetur. z valet processus. Bar. dicit contra gloss. quia valet processus fa 2 ctus contra absentem: licet absens possit mulctari. ¶ Et† ideo tu dic plenius vtrum valeat processus factus contra citatum et non comparentem, dic ita: aut non tenetur comparere propter defectum iurisdictionis citantis: z tunc nō valet processus, siue esset certum siue non: vt. l. extra territorium. z capitulo. at si clerici. de iudic. quia si tunc non valet sententia, vt ibi: nec processus. Interdum est defectus propter alia: z tūc aut iudex scit competere exceptionem absenti: z processus est nullus: vt. l. quesitū. de re iudi. z. c. si duobus. in princ. de appellatio. z est ratio quia iudex debet seruare exceptionem declinatoriam absenti, qui obtinet locū psentis ipsius, z supplere de facto, qñ fit. l. ampliorē. in princip. C. de appella. z ideo quicquid facit contra ipsum est nullum, tanꝙ a doloso factum. Aut iudex nihil scit: tunc text. in dicto. c. si duobus. videtur dicere, ꝙ vz. tu dic plenius: z tunc aut pars agens scit exceptionem absenti competere: z tunc dicendum est idem: quia non valet. ita no. dicit Innoc. in. c. preterea. de dilationibus. vbi mirabiliter videtur glossare hanc. l. Aut neuter scit: z tunc aut est defectus ex parte iuris agentis: z tunc nō valet processus. ita intelligitur lex, eo tempore. de pecul. Aut est defectus propter locum non tutum: z tunc idem in cle. pastoralis. de re iudic. z dicta. l. si cum dies. Aut propter defectum citationis: z tunc non valet vt. c. fi. de ferijs. interdum est defectus propter defectum persone agentis: quia agens est bānitus, vel excommunicatus: z tunc idem. quia nō valet. l. vir bonus. iudi. sol. interdum propter priuilegium. vt quia legatus, z tunc si iudex est certus non valet. c. hic allegat. si duobus. z ita intelligo. l. si quis ex aliena.

LIs nulla. Inter subiectum alterius potestati, z illum cui subiectus est non potest esse iudicium: nisi in casu, quo penes ipm subiectum potest subsistere. h. d. ¶ Premitte ꝙ qs subiectus alterius potestati, acquirit illi, in cuius est potestate: vt. l. placet. de acqui. here. in gl. est alius casus in. l. imperator. ff. ad trebel. itē alius in auf. vnde si parens. C. de inoffi. testa. signa. gl.

Summarium.

1 Iudex qui ex causa relaturus est aliquod commodum, an pronuntiare in causa queat?
2 Iudex ob modicam causam recusari potest.

SI quis ex aliena. Citatus licet habeat declinatoriam fori, tenetur comparere, et exceptionem illam opponere, de qua iudex ipse cognoscit z pronūtiabit. h. d. z in hoc semper all'. Quā examina, vt plene no. in. l. ex quacunq;. s. si quis in ius voc. non ierit per Barto. z per Inno. in. c. preterea de dila. z differt finis a principio quia principium loquitur quando citatus nullo mō erat de iurisdictiōe citantis: finis vero loquitur quando citatus erat de iurisdictione, lz habeat declinatoriam. 1 ¶ Glo. in fine oppo. z nota. soluit.† Ex qua inferūt quidā, ꝙ si commoditas aliqua, puta sportularum perueniret ad iudicem, ipse non posset iudicare. ita dicit gl. in. l. de iure. ff. ad muni. Pe. tamen dicit, ꝙ etiā si iudex haberet vtilitatem potest pronuntiare. q2 hoc non de directo, sz per obliquū. ar. l. prima. ff. de autho. tuto. z est simile in teste, qui potest esse testis in testamēto, in quo aliquid sibi legatur: vt. l. qui testō. ff. de testamentis. Barto. ta 2 men tz glos. hic, z in. l. de iure. ff. ad mu. quia† iudex propter modicam suspitionem potest recusari: quia si fuit aduocatus vt. l. si pretor. s. de iuris. om. iudic. z hec suspitio posset fieri z opponi semper iudici: z non posset cognoscere. quod esse non debet. tu distingue plenius vt dicit Io. and. in. c. statutum. de rescript. ꝙ aut est contentio de parte ad partem: z tunc iudex licet habeat vtilitatem, potest pronuntiare, vt hic: si vero sit contentio inter partem z iudicem cognoscere volentes de causa propter sportulas, z

las,z non potest.ita notat Joannes Andreas in dicto capitulo statutum.de rescrip.libro sexto.z ponit Innocentius in.c.ex parte.extra de verborum significatio.z in capitulo venerabili. gloss.magna.de censibus.Nunquid valet processus factus contra contumacem in casu istius.l.dic aut loquimur in principio huius.l.z non valet:in fine vero valet.ita notat Cynus in.l.generaliter.C.de episcopis z clericis.vbi dicit,ꝙ si episcopus sit vocatus zc.z in capitulo cum persone.de priuilegijs.libr.sexto. ¶ Item debes limitare istam.l.quando proceditur super declinatoria,que non contingit negotium principale. ita notat Innocentius in capitulo ceterum.extra de iudic.z gloss.videtur ordi.in capitulo primo.glo.final.de inuestit.in mari.facta in vsib.feudo.z quod notat Cy.in.l.prima.C.vbi cau.sta.in simili. ¶ Item inducitur ad questionem,de qua vide per Bar.in.l.fina.§.diuus.de publi.de denuntiatoribus maleficiorum.que incipit zc.facit in contrarium vide ibi.

bitetur.facit cõtra Bar.qui dicit,ꝙ si res ibi sit,cogitur:aliter
non.qui dicit contra text. ¶ Principium huius text.inducitur
1 ad.q.†si quis legat mihi vnã petiam panni parisiensis,vel pau
seriam Aurelianensem,ꝙ ibi debet peti:sed circa hoc dic,ꝙ res
est,vel fit in vno loco,ꝛ non reperitur alibi:ꝛ tunc obtinet iste
text.Aut alibi reperitur:ꝛ tunc si expedit legatario petitur hic
scḋm vnum intellectum.aut alibi fit ꝛ venditur.ꝛ tunc ibi,vbi
testator est:vt tex.dicit in.l.titia.§.j.de auro ꝛ arg.leg. ¶ Item
2 facit in arg.ꝙ †si quis leget tres pippas vini.cum hic non sint
in vsu,sed botte:ꝙ si non potest hic reduci ad similem mensurã
illius,ꝙ Tholose vbi his vtuntur.debent peti:secus si possunt
reduci.vt argu.in dicta.l.titia.§.j. ¶ Item facit in argu.si quis
legat tres bottas vini:vtrum veniant vasa ꝛ botte:dic aut di-
cit bottas

cit bottas vini: ⁊ non veniunt. aut bottas vinarias. ⁊ veniunt. ita not. in. l. titia seio. de. l. ij. ¶ Item not. secundam lec. glos. que facit in arg. ꝙ si quis legat alimenta alicui studenti, ꝙ videtur velle, ꝙ prestentur sibi in studio. vt. l. plenū. alleg. in gl. ¶ Item not. si. glo. pro quā alle. l. titia. §. si. de auro ⁊ argen. lega. quam al leg. Oldra. in consilijs suis. ¶ Item facit in arg. ꝙ si quis parisijs existens legat centum bottas vini vni cardinali, ꝙ hic vbi sunt cardinales debent solui. ¶ Item no. † ꝙ modicum dicitur ratione persone notabilis. quod tamen magnum esset vni pauperi. ⁊ vide gloss. de ista materia huius. §. ⁊ l. preceden. per Cy. in. l. j. C. vbi de fideicom. agi opor. Istos intellectus non po nit, nec aliquis alius. Paulus de Castro.

Vix certis. Hic ponuntur octo casus, in quibus seruus potest esse in iudicio contra dominū. quorum quatuor sunt criminales. ⁊ de criminibus tāgentibus statum serui. vel multum ledeñ. rem publicam. quatuor vero sunt ciuiles, in quibus agit pro statu suo ad libertatem consequendam. hoc dicit. l. vix de hoc in. l. si vere. ⁊ l. si filio. de. l. iij. ⁊ in. c. ij. de cog. spirituali. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Causa vna alia maior quatuor modis dici potest.

Ex minorem. Si in eodem iudicio inter eosdē minor ⁊ maior causa moueantur, supersedetur in minori ⁊ proceditur in maiori. h. d. ¶ Et no ta † ꝙ vna causa potest dici maior altera, quatuor modis. Primo rōne authoritatis: vt petitio hereditatis, que dicitur maior alijs petitionibus particularibus propter authoritatem centumuiralis iudicij: vt. l. si quis libertatis. de pet. heredi. ⁊ l. fi. C. e. ti. nam si per vnum agatur pe titione hereditatis contra aliquem dicentem testamentum nullum, vel annullandum: ⁊ per alium agatur ad libertatem conse quendam ex eodem testamento: proceditur in primo, supersede tur in secundo: vt ibi. ⁊ ita loquitur primum exemplum. gloss. Secūdo modo dicitur maior ratione preiudicij: vt causa status. nam si quis te accusat: ⁊ tu dicis eum seruum tuum. hec secunda dicitur maior: quia preiudicialis ad personam: quia an seruus est, a te scire non potest: vt. l. quoniam Alexandrum. C. de adulte. ⁊ ita loquitur secundum exemplum. Tertio dicitur maior ratione contingentie: vt q̄d proprietatis ⁊ fructuum: vt cum ago contra te rei vendicatione ad rem: postea ago ad fructus eiusdem rei. Nam prima est maior. nam fructus deberi non pos sunt, nisi res sit mea. ⁊ ideo proceditur in prima ⁊ supersedetur in secunda: vt. l. fundi. ⁊ l. fundum. ſ. de excep. ⁊ ita loquitur tertium exemplum. ¶ Quarto dicitur maior ratione preeminentie: vt criminalis ad ciuilem. nam proceditur in criminali, ⁊ supersede tur in ciuili, si inter eosdem intententur, vna ab vno altera ab al tero: vt. l. fi. C. de ordi. iudi. fm Bartol. ⁊ ita loquitur vltimum exemplum gloss. Paulus.

Summarium.

1 Iudex successor prioris procedere non debet sine citatione.

Edictum quod. Nouus iudex, noua citatio Iac. butr. vel dic, si numerus citationum non fuit per predecessores completus, successor com plebit eundem, nullamq; aliam superaddet. si vero completus fuit, vnam superaddet. Bart. premitte, ꝙ ad sententiam proferendam requiruntur tria edicta: vt. ſ. e. ad peremptorium. ¶ Edictū. i. citatio. ¶ Nota † ꝙ successor non debet procedere sine citatione. quod est notādum. premitte tamen, quod habetur. ſ. e. ad peremptorium. ¶ Sed quid si predecessor pronuntiauit ipsum contumacem: nunquid successor debet aliam dare? Bal. hic dicit ꝙ non: quia illa pronuntiatio est interlocutoria: vt. l. cum clericis. C. de episco. ⁊ cler. sed interlocutoria est seruanda per successorem. ſ. e. mortuo. ⁊ ita ista lex debet intelligi. vbi stetit in nudis finibus citationis. et ita si pronuntiasset actorem mittendum in possessionem, debet il lam seruare successor, quod credo verum. ¶ Sed hic dicitur de ordinarijs, quando ordinarius successit ord. sed quid transfertur de ordinario ad delegatum, post numerum citationum? Inn. videtur tenere, ꝙ non in. c. dudum. in penulti. glo. de elect. sed Archidia. contra ⁊ verius per hanc. l. vj. q. iij. si egrotans. ⁊ xxiiij. q. iij. de illicita. Paulus. melius in. q. iij. ix. caueant. vbi tenet, ꝙ successor iterum debet citare. ¶ Sed quid si pendente dilatione iudex moritur: nunquid citatio habebit effectum? quidā ꝙ non: quia circunducitur edictum: vt. ſ. e. ⁊ post edictum. quidam dicunt, ꝙ aut nomine proprio: ⁊ non habet effectum: aut non, ⁊ sic de hoc dic plene per Ioan. andre. in. c. licet in beato. extra de accusa.

Summarium.

1 Sententiam latam cum falso procuratore in sui præiudicium ratā dominus habere potest: non partis.
2 Procurator falsus rem in iudicium deducere non potest.

Licet verum. Ratihabitio retro trahitur, ⁊ confirmat iudicium cum falso procuratore actitatū. h. d. Bartol. ⁊ loquitur ex parte actorum. cum procurator eius non habebat mandatum. qd tamen intellige, si ratihabitio superueniat añ sententiam latam. Idem † si post sententiam, dum tamen sit lata contra ipsum falsum procuratorem. nam potest dominus eā ratam habere in sui preiudicium. vt. l. iij. §. falsus. ſ. rem ra. hab. secus pro ipso falso procuratore. nam tunc dominus non posset eam ratam habere in preiudicium alterius partis: imo semper potest altera pars dicere iudicium nullū: q: factum cū falso procuratore. Ita intelligitur. l. licet. C. de procurato. fm Pet. ⁊ Cy. qui ita notant eleganter in. l. situtor. C. in quibus cau. in integr. restitu. non est necessaria, licet aliter videatur tenere gloss. in. l. si mater. §. hoc iure. de excep. rei iudica. Quod dic vt ibi plene per Bartol. Et adde hic quod notat Cy. in. l. cum non solum. §. necessitate. de bo. que libe. ⁊ quod no. in Spe. de his que fiūt a pla. versic. sed pone. ⁊ per Innocen. de rescrip. c. ex parte decani. in fin. ¶ Et ad. q. gloss. de iud. vide quod plene no. per eundem in c. prudentiam. de offi. delega. ⁊ per gloss. C. de iure fisc. l. ij. lib. x. Premitte ad euidentiam. l. non videtur. ſ. e. ¶ Item, ꝙ † procu rator falsus non potest rem in iudicium deducere: vt. l. iij. §. falsus. rem ra. habe. ¶ In glo. que opponit de. l. si ante acceptum iudicium semel, per quam videtur, ꝙ iudicium non retrotraha tur. dic ꝙ ibi loquitur in procuratore, vel defensore rei, qui pōt defendere etiam sine mandato: vt. l. similem. ⁊ l. iudicium. de so lu. vnde ratihabitio superueniens nō trahitur retro: quia retrotractio non fit, nisi ad confirmandum actum inualidum, sed il la que facta sunt per eum valent: vt dictum est. sed hic loquitur de procuratore actorum, qui sine mandato agere non potest. nec valet quod agit. vnde ratihabitio superueniens retrotrahitur, vt confirmet. Ita colligitur ex not. in. l. iulianus. in gloss. alleg. ¶ In gloss. que querit, not. gloss. que semper alleg. ad hoc. et est: quia procurator hic factus dominus: sed iudex nō. sed istud non videtur sufficiens: quia etiam si aliquis nomine eiusdem iu dicaret, nō valeret iudicium: quia deficit iurisdictio. ¶ Et ideo dic: quia iudex quicquid facit est nullum, ⁊ ita non potest habe ri ratum. hic tamen in procurato. actus aliqualiter valet, saltem in preiudicium ipsius falsi procuratoris: vt teneatur ad expensas: vt ponit Inno. in dicto. c. prudentiam. dic meliorem rationem per An. de baru. in. l. ij. C. de iure fisci.

Summarium.

1 Filius si ante litem contestatam moritur, non proceditur super libello ab eo edito, sed proponendus est nouus.
2 Actiones ex delicto post litem contest. ad patrem tanquam filij hæ redem pertransire.
3 Feudum si quis accipiat pro se & suis filijs, tale feudum ad filios pertransit, & si filij hæredes patris non sint.

Tam ex cōtractibus. Instantia cepta cum filio, per eius mortē tran sit in patrem cum modificatione de peculio: ⁊ incepta cum procuratore transit in dominum, non tamen in patrem procuratoris. h. d. not. l. ¶ Nota circa prin. prime glo. magne, ꝙ † si filius moriatur

ante litem contestatam, ꝙ non proceditur super primo libello, imo est necessarius alius. Et vltra cum glo. opponit dic, ꝙ substantia non mutatur, qualitas tamen sic. vt. l. in delictis. §. si detracta. ĩ. de noxa. ¶ Et † nota hic, ꝙ actiones ex delicto post litem contestatam efficiuntur transitorie ad patrem, sicut ad heredem: vt. C. ex delic. defunc. l. j. ita intelligo tex. quicquid gl. dicat. ¶ Item ꝙ ex persona patris fit mutatio instantie: quia cõtra filium dabatur insolidum, contra patrem de peculio. sed hec est mutatio qualitatis, et non substantie actionis. que mutatio non est prohibita: vt. l. in delictis. alleg. et adde. l. ꝙꝙ. §. iul. de aqua plu. arcen. et quod not. s̃. de procurato. l. mutari. et vide no. pone † ꝙ aliquis recipit feudum pro se et filijs suis: certe feudum transit ad filios, etiam si non sint heredes: vt not. in. l. vt iurisiurandi. §. i. de oper. liber. et not. in. l. gallus. §. nunc de lege. pone ergo ꝙ lis est contestata super feudo: moritur pater: filij non sunt heredes: nunquid transibit instantia ad eos. diceres tu ꝙ non? sic: quia nõ transit ad singularem successorem: vt dixi. s̃. e. si iudex. et not. per Inn. in. c. quia. de iudi. certe contrarium dico per illam l. not. nec obstant notata Innocen. quia loquitur in extraneo: secus in filio, tene menti.

(2 and 3 in margin)

Summarium.

1 Iudex ordinarius superior num possit inferiori pariter ordinario inhibere ne in causa procedat, vt eam ad se aduocet?

2 Delegans sicut potest delegato inhibere, ita eius interlocutoriam reuocare.

IUdicium sol. Hic ponuntur tres casus notabiles in qb⁹ impedit̃ ꝓcessus delegati. Prim⁹ est cũ delegãs ꝓhibet. Scd̃s ẽ cũ ꝓhibet supior delegantis. Tertius est cum delegatus efficitur ordinarius illius cause. hoc dicit. not. et dic ꝙ impeditur his casibus quo ad futura. sed que facta sunt remanent firma: vt not. per Innocen. in. c. intimasti. de appella. ¶ Item loquitur hec. l. cum delegans inhibet, et nullum alium subrogat. al's enim soluitur: sed subrogatus procedet. argumen. s̃. e. l. si iudex. et. ĩ. e. mortuo. Idem si ad se aduocaret cãm. nam tunc non soluitur, nisi quo ad delegatum: vt not. per Guil. in. l. et quia. de iurisdict. om. iud. ¶ Et allegatur ista lex, ꝙ per litem cõtestatam delegatus non efficitur dominus litis: secus in procurato. vt hic gloss. ¶ Quero † nunquid ordinarius possit alteri iudici ordinario inferiori inhibere, ne procedat, et causam ad se aduocare? dic ꝙ nõ, vt in auł. de defenso. ciuita. §. sed interim. et in. c. romana. de fo. competen. lib. vj. et quod not. in. c. pastoralis. de offi. ordi. et per Archidi. xj. q. j. de persona. Fallit in principe, qui potest et quãcunq; ad ordinarium causam aduocare expresse, vel tacite, scilicet alteri committendo. de offic. lega. c. licet. de appellatio. vt nostrum. et quod notat Archidia. xxxiiij. q. xi. §. is ita. Et vide quod not. per Ioan. and. de offi. Archid. c. dilecto. qui videtur velle, ꝙ quando inferior ordinarius exercet iurisdictionem aliquo modo nomine superioris, vt Archidiaconus, qui est tanꝙ vicarius episcopi: ꝙ superior potest sibi inhibere: licet Innocen. videatur ibi sentire contrarium. Et adde, ꝙ sicut delegans potest inhibere delegato: ita potest eius sententiam interlocutoriam reuocare: vt not. ĩ. a quibus appella. non licet. l. fin. quod tene menti. quia ita pridie in facto consultus respondi. et allegaui dictum Bar. Paulus.

(1 and 2 in margin)

SI locus. In delegatione videt̃ expressus locus solitus. h. d. facit. l. ꝙ si nolit. §. qui assidua. de edili. edict. et de iure fisc. l. super creandis. libro. x. et. ĩ. de aqua plu. arce. l. si primus. §. recte placuit lex sequens. non legitur. Paulus.

SOlemus. In iudicium videtur deductum. quicquid poterat sub petitione comprehendi: licet non sit specialiter expressum. hoc dicit. ¶ Ex quo patet, ꝙ si quis dicat rem quam alter possidet, pertinere ad se in libello: qd̃ videtur intentare petitorium et possessorium: cum verba sint generalia. quod videtur per Ber. in. c. cum ecclesia sutrina. de causa possessionis et proprietatis. et in gloss. ĩ. e. si quis intentione. et facit. l. an et eandem. §. actiones. de exceptio. rei iudica. ¶ Nota istum textum ſm Bartol. ꝙ valet libellus. peto a te hereditatem excepto tali fundo: quia partes possunt consentire, ne aliquid in petitione veniat. ¶ In gloss. que opponit. ĩ. de arbi. de. l. si cum dies. Bar. dicit ꝙ idem esset in arbitris: vbi proceditur per libella ñ. secus si ex compromisso: vt ibi.

LAtrunculator. Iudex maleficiorũ nõ dz de cã pecuniaria cognoscere. ad hoc alleg. hoc est verũ ꝑncipaliter, sed incidenter postquam de crimine cognouit, potest cogere criminosum ad rem restituendam: vt. l. interdũ. §. qui furem. ĩ. de fur. et ibi per Barto. et in auł. de manda. prin. §. ꝙ si delinquentis. coll. iij.

Summarium.

1 Iudicium actum trium personarum dici.

INter litigatores. In iudicio requirũtur due persone. s. actoris et rei. et actor dicitur sustinere onus probationis: reus vero gaudere commodo possessionis. h. d. Adde ꝙ requiritur et tertia persona, scilicet iudicis. vñ (1) dicitur iudicium actus trium personarum: vt in. c. forus. post medium. de verbo. significatione. Paulus.

Summarium.

1 Citandus personaliter vt compareat nõ est, qui per procuratorem se tueri potest.

2 Clausula de defendendo quid contineat?

REcte defendi. Dicitur quis se defendere per se vel aliũ: nec dicitur plene se defendere, nisi soluat iudicatum. h. d. ¶ Et not. ex primo dicto, (1) ꝙ † non est quis citandus vt personaliter compareat: cum possit se defendere per procuratorem: nisi esset necessaria presentia persone. quod dic vt. l. fin. C. de procurato. et in. c. j. de iudi. libr. vi. ¶ Ex secundo dicto nota ꝙ (2) † clausula de defendendo continet clausulam iudicatum solui: sicut econtra. ĩ. iudica. solui. l. iudicatum solui. vnde si quis promisit se defendere sub pena: nisi soluat iudicatum, incidit in penam. quod singulariter not. ¶ Recte defendi. quod expedit scire, ad hunc finem, vt sciamus, an debeat fieri missio in possessionem que fit quando reus se non defendit. ¶ Cum satisdatione. de iudicio sisti. quod est verum, quando per alium se defendit: sed si per se: nõ prestaret eam, si possideret immobilia. quod dic vt. l. sciendum. ĩ. qui satisdare cogan. et est casus in. l. hec autem. §. recte defendi. quib. ex cau. in possessio. eatur.

Summarium.

1 Interesse verum, rei æstimationem dici.

2 Prædo quod interesse prætendere queat?

NOn a iudice. Contra dolosum fit estimatio interesse per iuramẽtum in litem. quod quidem interesse, cum sit affectionis etiam predo potest pretendere: qui tamem verum interesse pretendere non potest. hoc dicit. ¶ Interest. s. vere. (1) ꝙ † quidem interesse dicitur estimatio rei. Iuratur. quod est interesse affectionis. si ergo depositarius per dolum non vult rem restituere, que quidem valebat centum: non condemnatur tamẽ ad illa centum: sed ad illud quod actor iurabit, propter affectionem. nam si tantum afficiebatur ꝙ voluisset ipsam potius, ꝙꝙ cẽtum et quinquaginta: dabitur sibi iuramentum, ꝙ ita sit. et si ita iurabit, in centum quinquaginta fiet condemnatio: licet reuera non valebat nisi centum. ¶ Deniq; probat quod dixerat. nam (2) † predo non potest pretendere verum interesse: cum non sit dominus, sed tantum affectionis ratione cuius aduersarius sibi condemnabitur. Allegatur, quod predo est restituendus. dicam in. l. si idem.

§. Si quis in alio. Si mutatur persona iudicis, vel res, aut actio, stipulatio iudicatum solui non committitur. h. d. tex. cum glo. et est no. §. Paulus.

Summarium.

Summarium.

1 Consuetudines de dote lucrãda vbi diuersæ sunt, puta in loco originis mulieris, & domicilij viri, vtra in huiusmodi lucro sit spectanda.
2 Notarius an posſit in vno loco rogari de conficiendo instrumento, & in alio cogi ingrossare.

Exigere dotẽ. In contractu dotis est hoc speciale, vt non inspiciatur locus contractus: sed vbi vir habet domicilium. h. d. Bartol. vel sic. vbi agitur ex distractu, non inspicitur locus contractus: sed locus vbi fit distractus. h. d. Cyn. que lectura videtur vera. Bartol. in. l. ij. C. vbi & apud quos. de qua dic vt no. in. l. qui certo loco. ff. de cõdictio. indebi. per Guil. & Bart. Sed prima lectu. communiter tenetur. Secundum quã 1 inducitur in argumen. ad. q. q̃ † si in dote lucranda sunt diuerse consuetudines, vna in loco originis mulieris: q̃ vir lucretur tertiam: alia in domicilio viri, q̃ lucretur dimidiã inspicietur cõsuetudo, que est in domicilio viri. de qua. q. dic vt not. per Bar. in. l. omnes populi. de iustitia & iure. per Jo. and. in. c. j. de spon. per Archidia. xij. distin. c. illud. ¶ Et prima lectu. gloss. not. q̃ 2 † si notarius concipiat instrumentum in aliquo loco: non tenetur in alio grossare: nec potest in vno loco rogari de instrumento: & conficere notam: & in alio instrũm ingrossare. quod intellige verum, quando fit instrumentum quantum ad probationẽ: secus si fieret ad solennitatem: vt in testamento ceci, in quo requiritur scriptura per septem testes signata: vt. l. hac consultissima. C. qui testa. face. pos. nam tunc notarius debet in pñtia ipsius ceci instrumentum perficere cum omni solennitate. nec valeret, si in domo sua solennitatem adhiberet ex interuallo, cum debeat adesse in ipso actu. vt in dicta. l. hac ↄsultissima probatur. & C. de testa. antiquitas. facit. l. obligari. §. tutor. de auto. tuto. & ita pridie de facto consultus respondi. ¶ Item not. q̃ ratio huius l. q̃ non sortiatur forum in loco contractus tantum: est quia ibi videtur contraxisse, vbi maritus habet domicilium. Item quia ibi mulier est domicilium habitura cum viro.

Summarium.

1 Reus confitens rem de qua agitur, actoris esse, qualiter intelligatur confiteri eius esse?
2 Testium dicta ita debent interpretari, vt ipsis non noceant, & ad concordiam reduci. Et an interpretatio per legem fieri debeat an per hominem?

Si quis intentione. In iudicijs verba ambigua interpretantur pro proferente. ad hoc alleg. ¶ Et nota petitionem vel exceptionem ambiguam admitti in iudicio. quod est verum quando potest recipere sanum intellectum, al's reijcitur. argumen. de leg. j. l. titie textores. & de flu. l. j. §. labeo. & dic per Bartol. in. l. j. de exceptio. ¶ Et nota gloss. 1 que dicit, q̃ † si reus confitetur rem ad actorẽ pertinere intelligatur confiteri, q̃ pertineat tanq̃ debita, non tanq̃ sua: quia primum est sibi vtilius, vt non teneatur ad fructus, nisi secundum legem. videamus. ff. de vsur. in secundo sic. ¶ Sed hoc est verũ, si non appareat. q̃ actor diceret eã suam iure dominij vel quasi, nam tunc responsio rei intelligeretur ſm petitionem actoris. vt ff. de interrog. act. l. si defensor. §. j. & §. preterea. insti. de inuti. stipu. ſm Bald. ¶ Uel pone exemplum in reo ſm ipsum, si actor narrabat duo in libello. quorum vnum faciebat pro reo: aliud cõtra. puta q̃ reus possidebat rem suam: reus autem negat narrata prout narrantur in libello simpliciter. certe videtur negare, quod faciebat contra se. s. q̃ res esset actoris. sed q̃d faciebat pro se non. s. q̃ ipse possideret: quia commodum est sibi possidere: vt s. e. inter litigatores. quod tene menti. Et not. etiam q̃ istud est verum sine protestatione. facit. l. cum precum. C. de liber. cau.
2 ¶ Item † que hic dicuntur. locum habent in testibus: vt semper interpretatio fiat, ne sibi noceãt. & ad concordiam reduci debẽt: vt not. in. c. cum tu. extra de testi. & idem in notario, qui loco testis habetur. vt. l. domitius. de testa. ¶ Item in glo. videtur, q̃ interpretatio fiat per. l. et ideo videtur q̃ consensus partis non sit necessarius: vt. l. que sub conditione. §. fina. ff. de condi. instit. respondeo. licet. l. interpretetur, adhuc tamen requiritur declaratio hominis, qui declarabit quod magis sibi expedit. argu. in l. leuissima. & quod ibi not. de conditio. & demonstr. ¶ Item, que sit ratio inter contractus & iudicia. vide in. l. inter stipulantem. §. j. ff. de verbo. oblig. ¶ Item in fine gloss. cuerit Barto. respondet q̃ sic, si inter partes. vt si pars non possit deliberare vtrum cedat vel contendat. argumen. l. si defensor. §. illud. ff. de interroga. actio.

Summarium.

1 Actori vbi per missionem in poss. ex primo decreto, non potest esse consultum, iudex quid facere debeat?
2 Testamentum quod nullum est, si quis annullari petat, an recte petat?

Qui se dicit. Qui dicit se liberandum, est liber a die sententie, vl' decreti pro eo interpositi. Bar. ¶ Uel sic. qui se liberandum dicit, debet petere se liberum, non retro liberum pronũtiari. h. d. Bal. ¶ Uel propius ad literam: licet seruus sit redemptus suis nummis, non tamen est liber, nisi sequatur manumissio, ad quam fiendam potest dominus per iudicem cõpelli. sed si contumaciter abest, ipse iudex seruum liberabit. h. d. 1 ¶ Et not. singulariter vltimum dictum. & fin. l. q̃ † vbi non põt actori esse consultũ per missio. in possessio. ex primo decreto. iudex interponit decretum contra absentem, quod habet vim sententie diffinitiue. Ad quod facit. C. si vt se ab hered. absti. auf. si omnes. Bar. tamen alleg. tex. in. c. pmo. de eo qui mit. in po. causa rei seruan. lib. vj. vbi est casus. ¶ Quod facit ad. q. si petatur testamentum annullari, q̃d potest ferri sententia diffinitiua in absentia partis. quia non potest procedi ad missionem personalem. 2 ¶ Ista. l. inducitur in argumen. ad. q. q̃ † si quis petat testamentum, quod sit nullum, annullari: q̃ valeat petitio, nec possit aduersarius repellere. quia intelligitur annullari, quatenus de facto processit: vt. l. elegãter. §. j. s. de dolo. & l. ex empto. §. cui vina, de act. emp. facit. l. fundus. de rescind. ven. l. solutum. §. j. de pignor. & c. accedens. vt lit. non contest. & not. per Inno. in. c. examinata. de iud. vbi ponit. q. ad hoc vnum bonum dictum. & ita in sili habui pridie de facto. de quodã minore, qui petierat se in integrum restitui. aduersus actum, qui erat ipso iure nullus. ¶ Item facit ad aliam. q. quam habuit dominus Bald. perusij tẽpore meo, statutum est ibi, q̃ nisi quis faciat insinuari testamentum. ff. duos menses sit nullum. verum tamen. ff. duos menses potest insinuari: nisi per venientes abintestato petatur cassari contingit q̃ venientes abintestato post duos menses petierunt nullum pronuntiari: alter vult. ff. alios duos menses gaudere priuilegio statuti, nõ obstãte petitione inepta ptis aduerse, que debet petere cassari, & non facit. & fuit maxima controuersia inter doc. finaliter tamen fuit consultum. q̃ venientes abintestato bene petebant. arg. iam dictorum & istius. l.

Summarium.

1 Peremptorium necessarium esse, si quando iudex velit ad diffinitiuam venire.
2 Citationem fieri debere ad partis instantiam.
3 Argumentum ab allusione vocabuli in iure procedere.
4 Comminatio iuridiciaria, quot modis fieri queat?
5 Iudex, an per hoc quod in prima & secunda citatione, quod veniat reus ad diffinitiuam, comminatio huiusmodi peremptoria dicatur?
6 Iudex num posſit nulla subsistẽte iusta causa dilationem minuere?

Ad peremptorium. Ad sententiam diffinitiuam peruenitur precedente peremptorio ordine hic expresso. qui tamen ordo potest per iudicem moderari & alterari ex causa. h. d. vsq; ad. l. & post edictum. Bar. Quam l. examina, vt plene not. per Cyn. in auf. qui semel quomodo & quando iudex. & per Bartol. in. l. si finita. §. nullam. de dam. infect. per glo. xxiiij. q. iij. de illicita. per Innoc. in. c. ad petitionem. de accu. Et adde gloss. in. c. constitutionem. de sententia excom. 1 lib. vj. ¶ Ad peremptorium quod † est necessarium: cum iudex

vult venire ad sententiam diffinitiuam. Et ita intelliguntur iste l. per gloss. j. e. ⁊ post edictum. Sunt ⁊ alij casus in quibus similiter requiritur hic ordo peremptorij. s. cum venitur ad missionē ex primo decreto: vt not. glo. in. l. si finita. §. iulianus. de damno infecto. Et idem videtur sentire in. l. ⁊ post edictum. in penult. q. ⁊ per Inno. in. c. j. vt lit. non contesta. ⁊ videtur tex. in. l. presenti. circa medium. C. de his qui ad ecclesias confugi. Item est necessarium cum proceditur ad transferendam possessionem in aduersarium lit. quasi contesta. vt. l. consentaneum. quomodo ⁊ qñ iudex. ¶ Item ⁊ cum proceditur ad absolutionem ab instātia iudicij: vt not. per Innocen. in. c. consuluit. de offic. delega. ⁊ per Bart. in. l. cum titia. de accu. ⁊ dicam. j. e. ⁊ post. §. circunducto. Item ⁊ cum proceditur ad excommunicatio. vt. d. c. constitutionem. ⁊ c. de illicita. Idem videtur cum quis citatur ad videndum testes iurare: vt. d. c. consuluit. sed al's ꝙ extra istos casus non requiritur iste ordo: sed quelibet citatio intelligitur peremptoria: vt cum quis citatur ad videndum publicari processum, vel concludendum in causa: vel cum datur dilatio ad probandum: nunquid dilatio vna sufficit ⁊ intelligetur peremptoria? dic secundū predictos doc. vbi. s. Ad vltimū facit. l. j. in fi. C. de dila. ¶ Petat. no. 2 †citationem debere fieri ad instantiam ⁊ petitionem partis: al's nō valet: ⁊ ad hoc alleg. Unde dicit Bart. in. d. §. iulia. ꝙ iudex in visitatione processus, debet videre si citationes facte sunt ad instantiam partis: al's annullatur processus, vide ibi per eum. ¶ Peremptorium quod erit quarta citatio, nec debet ista continere interuallum tot dierum, postꝙ alia precesserunt cum interuallo: quod patet. quia non fit de necessitate sed benignitate, postꝙ precesserunt tres: vt. l. tres denuntiationes quomodo ⁊ quando iudex. ⁊ in. c. consuluit. de offic. delega. not. ¶ Quod 3 †inde hoc nomen ⁊c. Not. argumen. ab allusione vocabuli vt. l. tugurij. de verbo. signifi. quod dic per Bar. in. l. j. j. de testa. ¶ Comminatur. 4 †hec comminatio potest dupliciter fieri: primo prout hic dicitur. s. ꝙ in eius absentia proceditur. secundo vt dicatur citamus te peremptorie. nam hoc verbum hз vim comminationis. et no. ꝙ qñ peruenitur ad tertiam vel quartam citationem, hec comminatio non est necessaria: cum ille habeant in se peremptorium annexum: vt dicta. l. tres denun. secus si iudex vellet, ꝙ prima ⁊ secunda essent peremptorie: quia tunc oporteret hoc expresse dicere: cum de iure non sint peremptorie: vt. ll. precedentibus. ¶ Item aduertendum, ꝙ 5 †lз iudex dicat in prima ⁊ secunda citatione ꝙ reus veniat ad sententiam audiendam: hec comminatio non censetur peremptoria: cum quelibet citatio fiat ad illum fi. Et idem est, si dicat, al's prout de iure poterimus procedemus, quia post primam vel secundam, non potest de iure procedere ad sentētiam, nisi fuerint peremptorie. opз ergo ꝙ alterū de duobus dicatur: vel ꝙ ponatur peremptorie. vel quando eius absentia procedetur: vt no. per Bar. C. de cohort. l. si apparitor. facit quod not. Inno. de rescrip. c. causam que. ¶ In glo. fi. pone, ꝙ 6 †nulla causa subest minuendi dilationem: nunquid iudex poterit minuere? dic ꝙ sic ſm Innocen. in dicto. c. ad petitionem. ⁊ hoc si legis authoritate conceditur facere. s. e. non quicquid. dat tamen ipse practicā, ꝙ iudex apponat causam, quare innuit: ⁊ tunc licet non sit vera, credetur tamen sibi plusꝙ parti: ⁊ non poterit appellare. qđ not. ¶ Item vide gloss. in dicto. c. constitutionem. de sententia excommunicationis. ꝙ debet fieri vnum edictum pro omnibus. Paulus.

Summarium.

Et post edictum. In. l. preceden. Adde ꝙ interdum prima vel secunda citatio intelliguntur etiam si non sit expresse dictum. s. cum iudex monet partem personaliter: vt. l. cessante. C. quomodo ⁊ quando iudex. Idem si non iudex, sed nuntius personaliter apprehendit partem, ⁊ ipse respondet, ꝙ non veniet. nam amplior citatio non requiritur. vt no. per gloss. l. tres. ⁊ per Innocen. in dicto. c. ad petitionem. ⁊ per gloss. in dicto. c. de illicita. ¶ Casus in. l. ⁊ post edictum. post peremptorium edictum iterū absens reus ex benignitate citatur: qui si non venerit: sententia ſm iustitiam profertur. sed si venerit in peremptorio, ⁊ actor abest, cessat illa citatio, ⁊ illius edicti perimitur sententia diffinitiua, non profertur: lis tñ remanet actori salua. h. d. vsq; ad. §. sciendum. Bart. Et diuiditur in tres partes. in prima loquitur quando reus est absens. in secunda, quando actor est absens: ⁊ quid debet facere iudex. in tertia, quid sequitur ex ordi. iudi. secunda ibi, ꝙ si nec. tertia ibi, circunducto. ¶ Citari debet. ⁊ erit quinta citatio, de benignitate tamen, nō 1 de necessitate. in. c. consuluit. de offi. delega. Tres †enim sole necessarie sunt: vt. l. tres. alle. si tamen actor petat, etiam. quinta erit necessaria. Responderit. i. cōparuerit. Circunducēdū. i. de actis abolendum. quia perinde erit, ac si non emanasset: vnde necesse habebit actor iterum facere ipsum citari peremptorie. ¶ Et no. 2 †qr de iure isto fforum. si reus comparebat in termino peremptorio, ⁊ actor non habebat reus aliud remedium, nisi vt circunduceretur edictum, ⁊ haberetur pro non citato, instantia tamen litis remanebat tota firma. vnde non habebat actor necesse incipere litem a capite: sed sufficiebat iterum facere reum citari sed hodie per iura. C. potest reus petere se absolui ab instantia iudicij: vt. C. e. properandum. §. et si quidem. ⁊ hoc est plus: quia tota instātia perit. et opз actorē a capite reincipere: vt. j. de accu. li 3 bellorum. §. ꝙ si libelli. ¶ Item cum petitur edictum circunduci, non est necesse, ꝙ actor absens citetur secus cum petitur absolui ab instantia iudicij: cum sit maioris preiudicij, vt no. elegāter Inno. in dicto. c. consuluit. et Bart. in. l. cum titia. j. de accu. Hodie vero per ius auē. potest reus adhuc plus petere, ꝙ actore absente feratur diffinitiua, etiam lite non contesta. vt in auē. qui semel. quod facere non poterat de iure. ff. vel. C. etiam lit. contesta. quia actore absente non contrahebatur eremodicium. ratio autem est quare lite non contesta. potest procedi contra actorem ad diffinitiuam, non autem contra reum: quia reo contra absentem actorem non prouisum esset per missionem ex primo decreto, sicut econtra. ergo ⁊c. vt. s. eo. qui se in fi. Conueniri possit. i. de nouo citari. ita ꝙ nō requiratur, vt a capite rei actor incipiat litigare. Et. q. stat in hoc, vtrum pereat tota instantia. quia non posset iterum citari, sed a capite esset incipiendum: an vero pereat instantia tantum edicti illius. quia tunc secus, et respondetur ꝙ hoc vltimum est verius, vt sequitur. ¶ Instantia. nota ꝙ etiam vnius actus lite cōtest. dicitur instantia. Bal. 4 non solum totius litis. Et †adde ꝙ pluribus modis dicitur qs absolui ab instantia iudicij: et aliquando talis absolutio habet vim diffinitiue: aliquando vim interlocutorie: vt plene no. Bar. in dicta. l. cum titia. Litigari. i. citari. al's videretur innuere contra. ¶ Item nota hic ſm Bartol. ꝙ si post citationem peremptoriam, apponatur de benignitate quarta, vel quinta citatio: ꝙ nō necesse est, ꝙ in tali ponatur peremptorie. quia per hoc nō videtur ab eo recessum. Et est effectus, qr non est necessaria alia citatio, ⁊ de nouo. quod intelligo verum, quando reus non comparet: qr si actor esset secus. argumen. in. l. post diem. de. l. cōmiss. ¶ Circa qđ dic, ꝙ aut ista quarta vel quinta citatio fuit fcā per iud. de benignitate et sine postulatione actoris: ⁊ tunc si reus illa die veniat: tunc nō videtur recessum a peremptorio: licet actor compareat. quia iudex parti non potuit preiudicare. et ideo licet actor nō compareat, reus sic: non erit locus nouis citationibus. Si vero post peremptorium actor aliam citationem petijt: ⁊ tūc si reus in illa comparet, actor non: et tunc circūducetur effectus edicti. ⁊ erit sibi necessaria noua citatio. quia actor videtur recessisse a peremptorio: vt probatur expresse in dicta. l. post diē. esse multū not. ꝙ ⁊ probatur hic. ¶ Item no. ꝙ sicut absente actore reus potest contractum liquidare: ita actor reo absente potest ⁊c. auē. quod semel. ſm omnes. quia non est vera ad hoc ratio 5 diuersit. ¶ Item †nunquid post peremptorium iudex partem ream absentem poterit per duos aut tres vel plures dies expectare, ⁊ post illos pronuntiare sine noua citatione? ⁊ dicendum est, ꝙ sic: quia potest iterum citare: ergo multo magis expectare: vt probabit in. c. consuluit. de offi. del. ⁊ ita dicit se Bar. millesies fecisse. Contra tamen ipsum videtur casus in. l. si vicem. §. fi. j. quod vi aut clam. ⁊ glos. in. §. omnis. insti. de obli. sed dic ꝙ primum verius. nec obstat dicta. l. si vicem. quia hic peremptorio facto reus pronuntiatur contumax: ⁊ sic certe semper remanet in eadem contumacia. Item quia in. l. si vicē. §. fin. citabatur pars ad contradicendum, vel voluntatem suam declarandam. nam sequenti die non potest declarare: quia nescit vtrum alter edificet, vel nō. ⁊ ideo requiritur noua citatio. at in. c. consuluit, reus citabatur ad audiēdam voluntatem iudicis, ⁊ non ipsum citari.

citati.nec per eum aliquid erat sciendum.quod impedire posset contra.

§. **Sciendum.** Uerus contumax non appellat,sed fictus sic.Ad hoc alle.quod declara vt plene not.per Bartol.in.l.ex consensu.§.eum.de appellatio.& per gloss.magistram.in clemen.j.de do.& contuma.& per Cyn.C.e.properandum.§.cum autem.¶ Defuerit.s.vere.secus si non vere,sed ficte.Paulus.

Summarium.

1 Incidens causa quæ dicatur,& quæ emergens?

DE qua re. Iudex cogitur pronuntiare super re,de qua cognouit.& potest eius iurisdictio prorogari de re,ad rem.hoc dicit.cum.§.seq.¶ Et not.ꝙ si est ordinarius cogetur per superiorem:si delegatus per delegātem.quod est verum si sit de sua iurisdictione:al's non,vt in.c.pastoralis.de offic.delega.& l.iij.C.qui pro sua iurisdictione.Item cogetur precise vel causatiue propter penam.vel al's faciet litem suam:vt.l.iiij.§.in eum.de dam.infecto.¶ In gloss.que querit,quid sit emergens.dic melius,ꝙ†incidens causa dicitur ea,que tangit negotium principale:vt exceptio pacti,vel prescriptionis.sed emergens dicitur quod non tangit negotium principaliter:vt si iudex non habet iurisdictionem:vel actor est excommunicatus:vel preuaricatus super primo,non est puniendus:& super secundo sic.vt dicta gl.similia verba ponit Innocen.in.c.cum inter seniorum.de elect.Aduertendum tamen,ꝙ si super incideñ.fuerit pronuntiatum,non est nullus processus:vt.l.ait pretor.§.quid tamen.ff.de mi.& ibi per Bar.¶ Item si super emergenti non est pronuntiatum non reddetur etiam processus nullus.quia eoipso,ꝙ proceditur ad vlteriora,videtur tacite etiam pronuntiatum super emergenti:vt.l.alleg.exhibita.& melius probatur in.c.suborta.de re iud.et in capitu,cum ex parte.de appella.facit quod not.Bar.in.l.inquiramus.de testamen.& in.l.j.C.de appellatio.& l.si mācipium.§.si communi.de euict.& vide in glos.Paulus.

§. **Cum absentem.** Iudicium agitatū nomine absentis,qui viuere credebatur,quantum ad eum est nullū:sed nomine ipsius solutum potest ab herede cui proficit repeti.hoc dicit.secundum Bartol.Et adde quod plene notat in.l.neratius.de reg.iur.per glo.in.l.si vero pro condemnato.qui satisda.cogan.per Cynū.¶ Oppo.de.l.cum quasi.in prin.de fideicommiss.lib.multi soluunt,ꝙ ibi est speciale fauore libertatis.¶ Solu.aut actus est factus nomine mortui:et non valet.secus econtra,vt hic,prout dicta.l.neratius.Aut non est factus nomine mortui.sʒ qui absens credebatur: aut principaliter ad vtilitatem eius.& idem.Aut non principaliter sed per consequentiam:& tunc valet in persona heredis defuncti:vt dicta.l.cum quasi.quia ibi principaliter fiebat vtilitas serui:ius tamen patronatus,per consequētiam acquiritur suo heredi.Sol.in medio,glo.posita est vera:licet per docto.non teneatur.Paulus.

Summarium.

1 Iudex propter tres exceptiones sententiæ executionem retardare debet.
2 Executor nudus ac merus de exceptionibus aduersus sententiam nō agnoscit.
3 Citatio generalis ad omnem causam,an fieri possit? Et quid inde?
4 Sententia declaratoria in personali,velut & in reali ferri potest.

SI pretor. Iudex cui commissa est executio sentētie,non debet de ipsius iniquitate cognoscere:nec propter ipsius iniquitatis exceptionem executionem retardare.hoc dicit prin.de quo dic vt plene not.in.c.pastoralis.§.quia vero.de offici.delega.& per Innocen.in.c.de cetero.de re iudicata.propter†tres tamen exceptiones tardabit executionem.prima est si opponatur,ꝙ sentētia non sit lata.nam de hoc cognoscet,vt colligitur,dum dicit de iudi.cognoscit.Secunda est quando opponitur.ꝙ sententia est nulla:vt sequitur in.§.marcellus.secundum verum intellectum.Et sic exceptio nullitatis retardat executionem:nisi iudex cognoscat,ꝙ maliciose proponatur:vt.C.de fal.l.satis aperte.de quo dic vt plene per Bart.in.l.iiij.§.condemnatum.de re iudi.tertia exceptio est,si opponatur.ꝙ veniat sententia rescindēda per restitu.in integrum:vt in.§.fina.secundum vnum intellectum.quod est verū,si nō requirat altiorem indaginem:al's mittitur executioni prestita cautione:vt in.c.substituta.de restitu.in integrū.& C.de preci.impe.offe.auf.que supplicatio.et hoc vult tota lex,que est multum singularis.¶ Et ista vera sunt si habet executor aliquam iurisdictionem de se:vt cum iudex alterius loci mittit executioni sententiam alterius iudicis.ff.eo.argentarium.§.nomine.vel cum ordinarius exequitur sententiam delegati:vt.l.a diuo pio.in prin.de re iudicata.Tales enim debent supersedere.Et de istis exceptionibus poterit cognoscere.secus in simplici viatore,& seruitore curie qui non habet nisi nudum misterium facti,coram quo non sunt tales exceptiones proponende.Ad hoc.j.e.l.fina.¶ Abesse.per hoc videtur ꝙ†possit fieri generalis citatio vt compareat quis ad causam peragendam:& si non compareat potest ad singulos actus procedi,eo vlterius non citato:quia generalis est ad omnes actus.sed si esset citatus ad vnum actum:puta ad videndum iurare testes,licet esset in illo contumax:deberet citari ad alios:vt in.c.consuluit.de offic.delega.Et nota per glossellam.C.e.auf.iubemus.que incipit,citabitur tamen .ita Innocen.in.c.auditis.de procura.quod tene menti.¶ Absentem debere.not.quia non condemnauit eum.sed declarauit eum debere.¶ Et sic†not.secūdum Bartol.ꝙ in personali ferri potest sententia declaratoria:vt hic,& j.de arbi.l.quid tñ.§.si arbiter.sicut in reali.vt.l.sicuti.§.si queratur.si serui.ven.et.l.ex diuerso.de rei vēd.

§. **Marcellus.** Iste est not.§.hoc dicit.sentētia lata contra absentem per falsas allegationes scienter factas,non valet ipso iure.h.d.& nō est alibi.& hunc intellectum habuit gloss.super verbo sciens.que melius loquitur ꝙ alia,que incipit:imo sed si lata esset contra presentem,licet per falsas allegationes valeret.sed competeret restitutio in integrum.Ita intelligitur totus titu.C.si ex fal.alle.& j.de except.l.que agnitis.& de re iudi.diuus.que omnes limitātur per istum singularem.§.Et not.quia.§.iste excipit hunc casum a prin.l.scilicet vt executor debeat hanc exceptionem admittere.Et not.ꝙ quatuor requiruntur.¶ Dolum sciens.ecce primum.Falso secundum..Et hoc modo.ecce tertium. Item,quia erat absens voluntarie.¶ In glos.approbatum.Nota ꝙ oportet,ꝙ iudex ex falsis allegationibus ferat sententiam , & alr̃.nisi probetur ex falsis allegationibus:vt in.c.cum.I.& A.de re iudica.Paulus.

Summarium.

1 Sententia lata aduersus absentem impeditum an sit efficax? Et ex sententia quot remedia nascantur? nu.seq.

§. **Paulus.** Sñia lata contra absentē & impeditū cōparere,nō mittit̃ executioni,si de hoc opponit̃.h.d.¶ Sʒ†si querat̃,an valeat? dic ꝙ nō:si iudex sciebat impedimentū:sʒ si ignorabat.vʒ:sʒ rescinditur per restit.in integ.vt.l.quesitū.de re iu.& l.fi.ff.de in inte.resti.Actionē iudicati.cū actor intentat actionē in factū ex sñia.& ꝙ sequit̃,vel exeq:intellige qñ intētat offm̃ iud.qcqd gl.dicat.& sic all'.iste tex.ꝙ†ex sñia oriunt̃ duo remedia.s.actio in fcm̃,& officiū iudicis.& pmū reqrit ordinē iudiciariū:scd̃m ñ:vt no.j.ff mi.l.minor.xxv.an.cui fideicōmissum.ad B.j.de pe.here.l.itē veniūt.§.idē recte.

Summarium.

1 Rei identitate durante,res eadem permanet.
2 Compromissum factum per vniuersitatem,an morte expiret?

PRoponebatur. Ista est pulchra.l.lʒ mutet̃ iudex,instātia durat eadē.h.d.Iaco.but.& Bal.& pdest hoc scire ad ea,q̃ habent̃.ff.e.nō a iudice.§.fi.Uld.Itē q: si nō mutat̃ instātia,noui iudices resumēt eā in eodē statu:al's incipiēdū eēt a capite.tria facit.pmo rñdet.q.& ei⁹ rñsionē pbat tribus exēplis.Tertio per reductionē ad absurdū,& scd̃a ibi.Neqʒ tertia ibi.Qd̃ si qs.Et loquit̃ hec.l.de quadruplici toto,scʒ de toto nūerali,de toto vl'i,de toto itegrali.Itē de toto iudiciali,&

1 in omnibus concludit ꝙ † durante identitate, res durat eadem: 2 licet in substantia contingat mutatio Bald. ¶ Item † per hãc l. determinat Dy. ꝙ compromissum factum per vniuersitatem non expirat morte compromittentium, sed transit ad successores: quia eadem durat vniuersitas, secus in alio herede. ff. de arbi. l. diem proferre. §. j. & ff. de lega. j. & si grege. per Dy. ¶ Item alleg. ꝙ interdictum positum in vniuersitate, per mortem ancianorum non expirat. sed durat in successoribus. ¶ Dicit tamen Io. and. in. c. ex rescripto. in fi. de iureiurand. ꝙ secus in iuramento ab vniuersitate præstito: quia cum sit personale, non egreditur personam illorum, qui iurauerunt. argumen. in eodem titu. c. veritatis. In contrarium facit in auf. de iureiurã. a morieñ. præsti. vbi transit ad successorem. cogitabis. not. tamẽ dictum suum. Eadem res. i. instantia. Fore. i. sequeretur. Decederent. al's enim si non decederent, non esset necessarius cibus qui fit ad restaurationem deperditi. secundum Philosophum not. gl. prima cum. l. sequen.

Summarium.

1 Pater in filij causa, & ecõtra iudex esse potest, nisi recusatio proponatur.

In priuatis. Filius potest esse iudex in causa patris, & econtra. hoc dicit. Dic tamen, ꝙ † poterit re- 1 cusari, si pars vult: quia propter quamlibet cõsanguinitatem vel affinitatem, vel etiam nimiam amicitiam, aut familiaritatem recusari potest: vt in. c. postremo. de offic. delegat. insinuante. & ita intelligo contraria. glo. scilicet. l. qui iurisdictioni. de iurisditio. om. iudicum. & l. quin etiam. & quod ibi not. de arbi. & l. cornelia. de iniur. Nam si opponatur de suspitione tempore congruo non poterit esse iudex: vt dictis iuribus. sed si non opponatur procedit iudicium. et hoc vult hec. l. quicquid alij cantent. & quidam dicunt, ꝙ verior sol. est in dicta. l. quin etiam, quod nihil est dicere.

Summarium.

1 Citatio dubia citatum non arctat ad comparendum.

2 Practica, vbi banniti ob contumaciam apprehenduntur, qui nomina cum alijs similia habeat, possint efficaciter condemnari, nec possit excipere de nominis similitudine.

3 Opinio doctorum communis ab expensis releuare quãq; solet.

Eum quem. Temerarius litigator punitur in expensis, quas aduersarius fecit tam in lite, ꝙ itinere. hoc dicit. ¶ Not. gloss. que ponit secundum 1 exemplum. Ex † qua not. ꝙ dubia citatio non arctat citatum. & ad hoc semper alleg. & vide Bartol. in. l. demonstratio. §. final. in princip. de conditio. et demonstratio. quia si sint plures eiusdem nominis, temerarium est citare aliquem, de ipsis: nisi apponatur aliqua demonstratio, per quam differat ab altero. Ex quo sequitur. quod est temeraria, & non arctat citatum: nec valet. & quicquid factum est vigore ipsius similiter non valet. vnde semel quidam euasit penam capitis: quia citatus fuit in causa criminali: ipse vero non comparuit. & propterea fuit in bãno positus. nam cũ postea captus. esset, ad & mortem iudicaretur ratione banni: excusauit se, ꝙ nõ tenebatur comparere ad illam citationem: quia erat alius eiusdem nominis. & ipse ignorabat de quo iudex sentiret. vnde non valuit bannũ factum ratione citationis nulle. et per consequens non debebat mori ratione banni, & per istam gloss. euasit. ¶ Unde Bartol. in dicta. l. demonstratio. de conditio. & demõ. 2 practicã † ponit, ꝙ quando capiuntur tales bãniti, iudex faciet eos confiteri, ꝙ ipsi sunt eedem persone, & eadem corpora que in citatione & banno comprehenduntur. & tunc non poterunt variare. Et adde quod tunc quis punitur de temeritate, quando per se vel alium habentem mandatum traxit aliquem ad iudicium: secus si procurator exeat mandatum. not. in capi. licet in beato. de accusatio. per Bartol. ¶ Ad contrarium gloss. de. l. properandum. dic ꝙ interdum quis nullam causam petendi habet: & tunc dicitur temerarius. & habet locum quod dicitur hic interdum habet causam: licet non iustam: et habet locum contrarium. interdum habet iustam causam: puta, quia habet opi- 3 nionem docto. communem: et † illa excusat: vt. l. qui solius. §. etiam &c.

§. Iudicibus. Superior non est consulendus de facto: sed de iure sic. h. d. Et dic de hoc vt no. C. e. l. iudices. & de rela. l. j. Paulus.

Summarium.

1 Error in iudicis impetrati nomine rescriptum non vitiat. Et quid in errore nominis partis? remissiuè.

Si iudici. Error † in nomine iudicis. nõ 1 vitiat rescriptum, si constet de corpore. hoc dicit. quidam hic sentiunt de errore nominis partis. ita intelligitur. c. significãte. de rescript. & ibi per Innocen. compo. collec. & alios. & adde. ff. de reb. dub. l. qui habebat. que. l. est. l. domini Bald. & est multum singularis.

Qui nec. Sententia lata ab eo, qui nulli iurisdictioni preest, vel cognitioni. nõ valet. h. d. dic vt. C. de iuris. om. iudi. l. priuatorum.

Non nunquam. Nuntijs publicis, non debet cã delegari, nisi necessitas vrgeat. puta si modica est & vilis. hoc dicit. not. Barto. & vide quod not. Innocen. in c. cum olim. de priuile. in gloss. iste portarius. & de re iudicata. de cetero. Et ad id quod dixi. s. e. si pretor.

De inofficioso testamento Rub.

Summarium.

1 Querela præteritione, an exhæredato competat? & item ius nullum dicendi, at bonorum poss. contrata. quando competere dicatur? remissiuè.

2 Quærela olim quatuor casibus competebat.

3 Quærelam patri competere exhæredato, si non exhæredationis causa sit expressa.

Sciendum. Querela inofficiosi testamenti competit ascendentibus & descendentibus, collateralibus autem, non vltra fratrem & sororem. hoc dicit. ¶ Et procedit iurisconsl. hoc ordine, Nam in hac l. ponit quibus querela competit, in. l. ij. ponit in quo querela fundetur. in. l. iij. cũ l. seq. ponit quid debeat in libello ponere qui eam intentat. in. l. nam & his. §. j. pone quid debeat probare 1 ad gloss. hic positam. ¶ Et † quero hic vtrum querela competat preterito, vel exheredato: & quando competat ius dicendi nullũ vel contratabu. vide gloss. in auf. ex causa. C. de liberis preteritis. et in authen. de heredi. et fal. §. exheredatos. vbi est gloss. singularis. & per Dynum in. l. gallus. de liberis & posthumis. in magna distin. quam recitat Bartol. in. l. filio preterito. de iniu- 2 sto testamen. ¶ Et premitte, ꝙ † in quatuor casibus competebat olim querela, scil; exheredato, vel pro exheredato habito. Item illi cui erat relictum minus legitima portione, si nolebat eam acceptare. sed si acceptabat, sibi preiudicabat: vt. ff. e. pap. §. si conditioni. Tertio quando relicta erat legitima integre, sed in ea grauabatur per legatum vel fideicommissum. Quarto qñ relinquebat cũ dilatione diei, vel ꝯdõnis. Sz hodie oẽs isti modi amputati sunt per. l. omnimõ. & l. qm̃ in prioribus. C. eo. excepto primo modo, & sic olim erant frequentes, hodie nõ: vt in prima gloss. & istud est menti tenendum. ¶ In gloss. parentibus. in principio. hoc intellige nisi pater esset exclusus repudiatione, vel tempore, vel morte: quia interdum ex transmissione, interdum vigore successionis nepos veniet: vt. ff. e. pater filium. dicam. C. e. filium. & not. in. l. iij. §. si emancipatus. de contratabu. per gloss. tamen melius facit. l. si quis. de iniusto. ¶ Item in se- 3 cundo dicto gloss. intellige, ꝙ † pater habet querelam si non fuerit exheredationis causa expressa, que est necessaria hodie secundum veram opinio. Iacob. de bello visu. in. §. aliud quoq; capitulum. & §. siue igitur. licet Bartol. videatur tenere contrarium. in. l. filio preterito. de iniusto. ¶ In gloss. eadem. in fin. de fratre dic: vt in. l. fratris. C. e. et ibi vide multas per Guil.

Summarium.

Summarium.

1 Testamentum quasi dementis hodie non rescinditur, quando causa exhæredationis inserta est.
2 Petitionem omnem coloratam esse debere.
3 Institutio filij num sit de testamenti solennitate?

Hoc colore. Querela proponitur captato colore dementie, in qua proponēs, habet probare se indigne fuisse ab hereditate submotum. hoc dicit. vsqz ad. l. posthumus. secundum Bartol. Et not. hic de dictione, quasi, quia est nota impropriεtatis. ¶ Item no. de dictione, rite & recte, vt in gloss. que semper alleg. 1 Hodie† non rescinditur testamentū quasi dementis, quando est inserta causa, sed si non probatur, bene remanent hodie legata firma secundum Iacobum de areti. & Bartol. in. l. filio preterito. quia quilibet sequens ita fecisset. Secundum hoc sequeretur ꝙ si non esset inserta causa rescinderetur tanquam dementis, et non conseruarentur legata per auf. ex causa. vt. ĩ. e. l. titia. quod tamen est falsum: vt ibi tenent omnes. cum faciunt vim in hoc verbo quasi. nam si esset vere demens testator, non conseruarentur per illā auf. Sed quia non est vere demens conseruantur: vnde puto ꝙ etiam hodie rescindatur hoc colore captato. ista est veritas. quod miror non vidisse tam solennes docto. 2 ¶ Hoc colore. Nota† ꝙ omnis petitio debet esse colorata. 3 ¶ In gloss. sed recte. not. gloss. per quam videtur, quod† institutio filij non est de solennitate testamenti. de quo dic vt in. l. si filius, qui in potestate. de liberis & posthumis. et ibi dixi.

Summarium.

1 Exhæredatio in ascendentibus ac descendentibus per lineam mascul. vt testamentum subsistat, est necessaria: per lineam verò fœmineam, præteritio pro exhæredatione habetur.
2 Pater filijs iniurius esse non debet.
3 Præteritio, quot modis sumatur?
4 Quærela olim pacto remitti poterat. & quid hodie?

Inofficiosum. ibi. Exheredat. hoc referas ad descendentes et ascendentes per lineam masculinam. 1 In† quibus est necessaria exheredatio. & quod subijcit, vel pretereunt. referas ad maternam lineam, cuius preteritio habetur pro exheredatione: vt insti. e. §. final. Item not. contra nouercas. ¶ In. § huius. ibi, resqz & intentio. ¶ Item nota hic quomodo fundatur intentio actoris. quomodo autem concludatur, habetur. ĩ. e. mater decedens. & l. que de inofficioso. 2 quia petetur rescindi testamentum. Item† not. quod pater non debet facere iniuriam filijs, etiam in potestate. ¶ In glo. mag. in principio. que dicit, quid est preterire. contra hoc videtur casus in. l. omnimodo. C. eodem titu. in. §. qui vero. vbi dicitur, preteritus, si nihil relinquatur. Pro cuius intellectu est dicendum secundum Bartol. in. l. filio preterito. 3 Quod† preteritio capitur tripliciter. Vno modo large. Alio modo stricte. Alio modo strictissime. Strictissime capitur quando nulla mentio fit in testamento. stricte, quando fit mentio, sed nihil sibi relinquitur: vt dicta. l. omnimodo. large capitur quando aliquid relinquitur, sed non per modum institutionis. et ita intelligitur glo. vide ibi latius per Bartol. ¶ Item in gloss. in versiculo. item 4 olim. adde aliud: quia † olim per pactum excludebatur a querela. De iure. C. tamen secus vt. l. si quando. §. illud. C. e. Item est alius casus: quia vbi apponebatur dies vel conditio agebatur querela. hodie de iure. C. reijcitur: vt. l. quoniam in prioribus. Item in gloss. in versi. Item quia. hoc iure istud videtur contra id quod statim dixit, & contra casum in. l. ita tamen. §. qui rogatus, ad velle. et ideo dic quod de iure fforum requirebatur institutio, sed non de iure. C. sed hodie per iura authen. sunt redacta quantum ad hoc ad iura fforum, vt dixi in. l. si filius, qui in potestate. de liberis et posthumis. ¶ Item not. gloss. in versiculo. Item olim. & vide gloss. in. l. si filius. s. de mi. que videtur tenere quod sufficiat hodie iure legati relinquere. que tamen non est vera, si ita intelligitur. ¶ Item querit gloss. in fin. an habeat hodie locum querela: de quo plene dic per gloss. et Bartol. in. l. prima. ĩ. de testamen. et ibi etiam dixi.

Summarium.

1 Posthumus alienus quis dicatur?
2 Natus ex secto matris ventre, num posthumus propriè dicatur?

Posthumus. Posthumus exheredat⁹ vel pro exheredato habitus, habet querelam vbicunqz haberet, si tempore mortis testatoris iam natus esset, siue sit de suis, siue de legitimis, siue de cognatis, hoc primo. qui si foret institutus, licet eēt posthumus alienus, valeret institutio: et ex ea cōpeteret bonorum possessio nomine ventris, si adhuc esset in ventre. vel secundum ta. si postquam natus esset: licet ex ea non posset adiri hereditas de iure ciuili. et ideo imputatur illi, qui non instituit. hoc secundo. Et que dicta sunt in posthumo locum habēt in illo, qui non nascitur, sicut verus posthumus, sed exsectus fuit de ventre. hoc dicit. tertio et vltimo text. cum gloss. & doct. ¶ Quid ergo. hic premitte quis est posthumus alienus, de quo dic vt dixi in. l. gallus. in principio de liberis & posthumis. Et sciendum, ꝙ olim posthumus alienus non poterat heres institui de iure ciuili. l. vt ex illa institutione adiretur hereditas de iure ciuili: sed de iure pretorio sic: quia poterat ex ea peti bo- 1 norum possessio. secundum tabul. Et† dicitur alienus posthumus, omnis ille, qui si iam natus esset, non teneret primum locum in suitate. vt posthumus nepos, quem filius precedit, vel quicunqz alius ex linea transuersali: vel linea materna. in quibus lineis non est reperire suitatem. & hoc erat verum, nisi in quibusdam casibus adinuentis per gallum, velle. & sceuolam, ad tollendum materiam subuertendorum testamētorū: qui ponuntur in. l. gallus. Sed per iustinianum fuit introductum, ꝙ indistincte possit institui. vt insti. de bono. possessio. in principio. ¶ Hoc premisso pone casum. iurisconsultus dicit, quod posthumus habet querelam siue sit de legitimis, siue de cognatis. contra. talis posthumus, si non sit de suis, non potest esse. nisi alienus: sed talem non poterat quis instituere: et si instituisset, non potuisset hereditatem adire de iure ciuili: et sic reddidisset testatorem intestatum nō adeūdo. sic ergo imputatur sibi, quare non instituit sed exheredauit: ergo imputatur cur intestatus non decessit, quod fuisset, si instituisset. ¶ Sed hoc apud iudicem, nemo potest impetrare. ad fundandum suam intentionem, quod quis intestatus non decessit: ergo bene fecit exheredare. et sic querela videtur non competere. Sed respondet in versicu. Non enim, ꝙ imo potuit eum instituere: quia non prohibetur institutio de alieno posthumo, licet ex ea non possit hereditas adiri de iure ciuili: q2 sunt alia remedia de iure p̄torio: 2 vt sequitur. ¶ Ex secto. iste† tamen non dicitur proprie posthumus: vt. l. anniculus. §. falsum. de verbo. significatio. tamen pro posthumo reputatur: vt hic & facit ad questionem. ꝙ si quis instituerit posthumos suos: videatur etiam tales instituere. & ita consuluit Bald. in ciuitate Lucana pro quo. l. quod dicitur. de liberis & posthumis. alij dicebant contra. ꝙ non videtur institutus: vt. l. commodissime. de liberis & posthumis.

Summarium.

1 Testamento infringendo, vel eum admitti, cuius non interfit.
2 Res inter alios acta, quando alijs prodesse dicatur?
3 Testamenti inofficiosi agens, cuius non interfit, à quot personis repelli queat, ac quousqz?
4 Exceptio, tibi nullum ius competit, quæ exceptio sit? Et quæ, tua non interest?
5 Libellus hoc solo ineptus, quia non interest agentis, non propter remedium intentatum, non potest reijci, vt ineptus. Et quid contra, & item si propter ineptam conclusionem?

§. Si qui ex. Sententia rescissoria testamenti lata ad petitionem eius, cuius non interest, prodest illis, quorum interest. hoc dicit. 1 multum singulariter hic. §. Nota † quod ad rumpendum testamentum admittitur ille, cuius non interest. ¶ Item

not. ꝙ sententia iniusta dicitur annullata. in gloss. que opponit. 2 C. res inter alios acta ⁊c. solue melius: quia † aut ille, qui agit, petit sibi aliquid dari, vel fieri: et tunc aliis non prodest, nec nocet: vt in contratabu.. Aut petit aliquid rescindi vel cassari. et licet sua non interest, aliis tamen prodest: vt hic. Istam solutionem ponit Innocentius. in capitulo super his. extra de accusa. et not. solutio. Bald. et dic vt per eum ibi de materia huius. §. vel dic ꝙ in actione rescissoria, si feratur pro actore alteri prodest, vt hic. secus si contra. vel si feratur in declinatoria, aut introductoria. quod plene examina fm Cynum in. l. ii. C. quibus res iudicata non nocet. ¶ Item in fin. gloss. nunquid querela sit accusatio, vel actio? gloss. determinat ꝙ non: sed est quoddam medium. ⁊ bene secundum Bartol. qui tenet, ꝙ est officium iudicis. ¶ Et pone casum in filio, qui fuerit exheredatus: nepos, vel alius cognatus intentauit querelam, dicens testamentum inofficiosum propter exheredationem filii. poterat quidem repelli: quia non interest sua, sed filii. Si tamen repulsus non est: valet sententia ad eius petitionem lata. non tamen 3 prodest sibi, sed filio. Sed † a quo potest repelli? dic ꝙ a tribus scilicet ab herede, contra quem agit: vt hic. et argumen. de elect. ca. cum inter. R. seniorum. ⁊ de testi. c. ex parte, in primo. ⁊ quod ibi nota. Item a iudice, qui interrogabit eum, quod ius habet in hereditate. et q̃ respondere non poterit eũ repellet: vt nota. C. de transactio. l. vbi pactum. in gloss. magna. et. ff. de bon. liber. l. qui cum maior. §. primo. et. c. examinata, de iudic. in gloss. si patris. Item a filio exheredato: quia sibi primo loco competebat ius agendi: vt. l. sepe. ff. de re iudic. Sed vsq̃ ad quod tempus? dic vsq̃ ad contestatio. litis. post non: quia querela, quam intentabat, vere competebat: licet non sibi. ita no. Innocen. de accusatio. in. c. super his. ⁊ de procura. quando nostra. vbi vide. et per gloss. in dicto capitulo ex parte. de testib. ¶ Si autem querela, quam intentabat nullo modo competebat: vt quia dicebat se exheredatum: cum non esset. puto, ꝙ possit opponi vsq̃ ad 4 sententiam, sicut quelibet exceptio peremptoria. Hec † enim vere est peremptoria: quia perimit ius intentatum. C. sententiam rescin. non posse. l. peremptorias. sed prima, quia tua non interest, est dilatoria: quia ius intentatum non perimit: cum vere cõpeteret, sed repellit ageñ. Plus dico, quod si lata esset sententia isto casu ad petitionem ageñ. in qua exprimeretur eum cognatum ⁊ exheredatum, qui tamen erat talis: quod ei non poterat querela competere, non valeret sententia tanq̃ continens iuris errorem expressum: vt. l. secunda. C. quando prouocatio est necessaria. ⁊. l. si expressum. de appellat. Si vero sibi competeret pro parte, sed ageret in totum: tunc dic vt. ff. eo. qui repudiantis. §. primo. et tãgitur in. l. papiñ. §. sed nec impuberis. et. l. mater de5 cedens. ¶ Ex predictis no. † quod quando libellus est ineptus ex hoc solo, quia non interest agentis, non propter remedium intentatum: quia vere competebat, non potest reiici, nisi vsq̃ ad litem contestatam. vbi vero propter remedium intentatum: q̃ vere non competebat: tunc vsq̃ ad sententiam. ⁊ aliquando post, vt dixi. Si vero propter malam conclusionem libelli: tunc in quacunq̃ parte iudicii potest repelli: vt not. per Cynum in l. prima. C. vt que desunt aduo. partium. ita intelligitur. c. examinata. de iudi. si tamen non opponatur, videtur valere sententia: potest tamen rescindi in causa appellationis: vt in. c. cum ad sedem. de restitutio. spoliato. sed si propter solam accusationem. dic vt per Innocen. in dicto capitulo examinata. ¶ An autẽ iste. §. locum habeat in contratabu. credo ꝙ non: quia per contratabu. non reducitur quis ordo ad casum intestati: vt ex duobus. §. final. cum. l. sequen. de contratabu. nec in iure dicendi nullum: vt. l. antiqui. in fin. si pars here. peta. in gloss. pro quo vide gloss. super verbo, scilicet directe. in. i. solutione in. l. pap. §. fi. i. e. nisi probetur.

§. **Si quis instituta.** Querela preparata transmittitur ad heredem. et dicitur preparata per citationem, vel libelli oblationem. hoc dicit. Vsq̃ ad legem Pap. Bartol. ¶ Controuersia. nota ꝙ dicitur controuersia, etiam lite non contesta. de quo per Cynum in. l. si quis maior. C. de transactio. in gloss. super verbo heredem. nota ꝙ sumitur suum hic, pro posteritate sua: vt. l. si quis fil. in fin. C. eodem titul. quia mater transmittitur ad filium, qui tamen non est suus auo materno. Ex quibus nota, quod interdum capitur suus large pro posteritate sua: vt dixi in. l. gallus. §. nunc de lege. de lib. ⁊ posthu.

Papinianus. Querela etiam preparata licet transeat ad heredem, vt. s. l. proxi. non tamen ad patrem: quia non est heres filii, sed occupat bona iure peculii. hoc dicit. text. cum glos.

§. **Si quis post.** Non potest quis redire ad querelam, cui semel renuntiauit tacite vel expresse. hoc dicit textus cum gloss. ⁊ adde. l. cum mota. C. de transactio. ¶ Et not. gloss. singularem hic, que videtur velle, quod intentans querelam, si non comparet in termino peremptorio, videtur renũtiare querele: sicut si sibi esset assignatus terminus ad agendum: vt. l. diffamari. de inge. et ma. et de remissio. pig. l. si eo tempore. Et idem videtur sentire in criminalibus, vt accusator non comparens in termino peremptorio ad litigãdum, videatur desistere ab accusatione: secus in ciuili: quia tantum circunducitur edictum: vt. l. ⁊ post edictũ: §. i. s. titulo primo. Sed Bartol. hic ⁊ doctores idem dicunt in criminali. quod proceditur sicut in ciuili. vt. l. absentem. de penis. l. inter accus. de publi. iudi. Sed tu dic, ꝙ pro gloss. videtur casus in capitulo licet. de accusatio. ⁊ ibi expresse per Innocen. in glo. que incipit. Sed quare, vbi no. ꝙ accusator, qui non comparet in termino, videtur renuntiare accusationi. quam nullus alle. ⁊ tene menti.

§. **Si Imperator.** Dignitas instituti nõ excludit querelã. hoc primo. Item testamentum illius, qui desinit militare subiacet querele: nisi decesserit. i. annum missionis. hoc dicit. cum principio. l. sequen. vsq̃ ad. §. sed nec impuberis. Not. circa glo. ꝙ magis est priuilegiata legitima filii, q̃ legata pia. ⁊ semper alleg.

Summarium.

1 Pupillari expressa matrem excludi, & quid in tacita? & nu. 5.
2 Pater pupillo filio turpem personam substituere potest.
3 Pupillares tabellæ, quando patris testamentum, & quando ipsius pupilli esse dicantur?
4 Substitutionem pupillarem filii testamentum esse.
6 Legata sine testamento consistere possunt, substitutio non potest.
7 Pater turpis persona pupillariter filio non substituit.
8 Testamento per querelam rupto cur omnia in eo rumpantur: non item rupto per contratabulas?

§. **Sed nec impuberis.** Tabule pupillares nõ possunt per matrem vel fratrem impuberis: vel fratrem testatoris per querelam expugnari: si tamen patris testamentum fuerit ex toto ruptum, per querelam, rumpuntur etiam tabule pupillares: secus si pro parte. hoc dicit. dicit no. Et alleg. 1 † ꝙ expressa pupillaris excludit matrem: secus in tacita, vt. l. precibus. C. de impuber. ⁊ al. substitutio. vbi habetur vtrunq̃. in capitulo si pater. de testamen. libro sexto. ¶ Item ex tex. coniuncta glossella que incipit qui substituit turpem personam. ꝙ 2 † pater potest filio pupillo turpem personam substituere. quod est expressum in. l. si is qui. de vulga. ⁊ pupilla. In text. et gloss. In text. scilicet cui nihil erat relictum in pupillari substitutio3 ne: cum tamen debeat habere legitimam. Dominus Georgius de Silliis dicit pro intellectu. §. ꝙ † quotienscunq̃ est fauor pupilli, testamentum pupillare dicitur esse pupilli, non patris. vbi vero est fauor eiusdem, quod non sit suum, sed patris, vt hic quando mater agebat, tunc dicitur patris, et non suum. hoc dicit. in lege iulia. de acquirend. heređi. et ibi probatur. in. l. cum antiquioribus. de iure deliberand. in. l. si filius, qui patri. de vulga. in repetitione sua. ⁊. l. patris. eodem titulo. de vulga. ita dicit fere hunc. §. intelligendum. ¶ Testamentum, 4 ⁊ pupillarem substitutionem. que † est testamentum filii. ¶ Hoc fecit. aut ergo mater conqueritur de filio: et non potest. quia filius non fecit, sed pater. conqueretur de patre: ⁊ idem quia pater in nullo sibi tenebatur. ¶ Patris frater. qui dicebat turpem personam substitutam. ⁊ sic sibi debuisse relinqui legitimam de bonis filii. sed non, postquam pater fraterq̃ suus testamentum fecit: sed non admittitur. nam aut conqueritur de fratre patreq̃ pupilli: et non potest. quia non testabatur de bonis suis, sed impuberis. Aut de pupillo: et idem, quia pupillus in nullo sibi tenebatur: vt supra eodem. l. prima. Frater impuberis. scilicet exheredatus in testamento patris, qui dicebat substitutionem inofficiosam: quia turpis persona substituta, scilicet excluditur ea ratione, quia mater. et sic bona remanebunt penes substitutum. Si tamen vult

querelare

querelare testamentum patris, in quo exheredatus est, et in quo pupillaris substitutio continetur. Unde admittitur. et si obtineat et rescindat, in totum rescinditur etiam substitutio pupillaris. et bona deuenirent ad eum abintestato. Sed si pro parte remanet substitutio, et etiam bona pupilli penes substitutum Si patris. s. testamentum. ¶ Non dixit. s. inofficiosum. Sed si in patris: scilicet testamento. ¶ Obtentum est. scilicet in querela. ¶ Nec hoc. s. pupillare testamentum. ¶ Ualebit. quia rescisso paterno, rescinditur pupillare. ¶ Nota, † quod pupillaris expressa, excludit matrem: secus in tacita, que non admittitur secundum aliquos aliquo modo. Alij et verius dicunt, quod admittitur sed non habet effectum: quia matre mortua venit substitutus vigore tacite pupillaris. quod non faceret si nullo modo comprehenderetur: vt est casus singularis in. l. final. in. §. final. de institutio. et substitutio. Et nota quod hoc verum in tacita verbis et mente: secus si verbis tacita, mente tamen expressa: vt in compendiosa: quia illa excludit matrem, vt est casus in. c. si pater. de testamen. libro sexto. et. l. lucius. de vulga. ¶ Item nota, quod ista substitutio pupillaris conseruatur per aut. ex causa, secundum Dynum in. l. prima. de vulga. et pupilla. licet quidam contra. quia licet per illam authen. conseruentur legata, illa † tamen possunt esse sine testamento: substitutio autem non. Sed communis opinio est, quod imo conseruatur per dictam authen. quia etiam conseruantur tutele, que non possunt fieri nisi in testamento. ¶ Item † no. hic secundum Bartolum, quod pater turpis persona non potest substituere filio pupillariter. quia sicut remouetur ab administratione eius in vita: quia pater vilis actionem de dote intentare non potest: vt. l. soluto matrimo. tit. solut. matri. ita et in morte sibi remouetur. ¶ In gloss. prima an admittatur variatio: doctores ponunt in. l. j. C. de furt. et multi distinguunt quod aut circa diuersos, et admittitur, licet iste text. modicum faciat. aut circa idem: et tunc aut in eadem instantia, et non potest. aut in diuersis: et tunc aut obtinuit: et non potest variare. Aut succubuit: et potest. vt. l. emilius. §. idem quesiit. de liber. legat. dic tamen vt ibi. ¶ Item nota si. huius glo. melius declarantem vtrum sit testamentum patris, vel filij, quod alia. et Bal. semper alleg. In gloss. final. que † est ratio quare testamento rupto per querelam, omnia rumpuntur: secus per contrata. quia querela est remedium iuris ciuilis: et potest facere desinere esse heredem: secus in contratab. que est de iure pretorio. pro quo vide gloss. in. l. in substitutione. de vulga. et. l. ex duobus. in gloss. alleg.

Summarium.

1. Legitimam relinquere ffforum tempore num satis fuerat quoquo relicti titulo?
2. Donatio mortis causa num in legitimam computetur? Et quid in donatione inter viuos,
3. Legitimam si mortis causa filio pater donet, num posset filium postea efficaci testamento causa non inserta exhæredare? Et exhæredationem etiam hodie sine causa quandoque valere. numero sequen.
5. Lagata ac mortis causa donationes hodie equiparari.
6. Legata hodie in legitimam imputari, qualiter intelligendum sit?

§. Si quis mortis Si filius habeat tantum, quod sufficiat ad legitimam per donationem causa mortis, non potest habere querelam. hoc dicit. Gloss. dicit quod hodie hoc non sufficeret: quia debet habere iure institutionis: vt in. §. aliud quoque capitulum. et sic innuit, quod † secundum ista tempora non requirebatur institutio, sed poterat relinqui quoquo relicti titulo: quod est falsum. nam etiam secundum ista tempora, debebat filius heres institui, vel exheredari. al's erat testamentum nullum: vt. l. gallus. §. in omnibus. de liberis et posthumis. vnde dicebatur preteritus etiam si per fideicommissum relicta erat hereditas, et poterat dicere nullum, vel intentare contratabu. tanquam preteritus: vt est casus in. l. ita tamen. §. qui rogatus. ad trebel. et nota. C. eo. l. sancimus. §. cum aut. Unde oportet te intelligere istum textum. quod iste filius, cui facta erat donatio fuit postea exheredatus: vel fuit sibi relictum aliquid iure institutionis. nam † tunc computabit sibi in legitimam illam donationem: et si non sufficiet aget ad supplementum: vt. j. e. si no mortis. Quod intelligo verum etiam secundum ista tempora, vt ibi dicam. donatio vero inter viuos similiter imputatur in legitimam, si sumit effectum post mortem: vt quia facta filio in potestate: vt. l. filium, quem habentem. C. familie ercisc. Si vero sumit effectum in vita, vt facta filio emancipato: tunc no imputatur, nisi sit dictum expresse. ita intelligitur dicta. l. si quando. §. et generaliter. et. l. sancimus post princip. C. e. et ita fecit Accursius, cum emancipauit filium suum. de hoc per Cynum in dicta. l. filium. et per Bartol. in. l. in quartam. ad legem falcidiam. ¶ Et nota † quod puto, quod etiam hodie remaneat secundum verum intellectum iste. §. s. quod si pater filio donaret legitimam causa mortis, quod sufficiat ipsum postea exheredare, etiam sine causa: et valebit testamentum, postquam habet legitimam: quia tunc requiritur causa, quando nihil habuit. Nec obstat. §. aliud quoque capitulum. vbi videtur expresse dici. quod non sufficiat donatio, sed requiratur institutio: quia illud est verum, nisi exheredetur etiam sine causa. Nam † et al's valet etiam hodie exheredatio sine causa, vt not. in. l. cum filio. de vulga. et pupilla. et. C. e. l. filia matrem. et ita tenui in repetitione. l. filio preterito Tholose, et Auenione, vt dictum est. et vide. l. etiam. §. si ex debita. et. l. si vero. §. j. de bon. liber. et. l. sequens questio de le. ij. et. l. si patronus testamento. in principio. de bon. liber. ¶ Contra premissa oppo. dictum est. s. quod donationes causa mortis computantur in quartam. Contra etiam, legata non computantur in quartam. probatur secundum ista iura, quia filius agnoscendo qualecunque legatum, etiam minimum excluditur a querela: vt. l. si is qui. §. final. j. e. cum similibus. ergo non computatur in quartam. Si enim computaretur, ageret ad supplementum. Sed ita est. quod † legata et donationes causa mortis equiparantur: vt. l. etiam. §. si ex debita. de bo. lib. et. l. fin. de donatio. causa mor. igitur concluditur. quod sicut donationes causa mortis computantur in quartam ita et legata. ¶ Solu. dico quod legata et donationes causa mortis in hoc differunt: quia donatio causa mortis fit volen. et accipien. l. inter mortis. j. de donatio. causa mortis. et ideo ex quo scienter aliquid capit, videtur renuntiare querele: secus tamen in legatis, que fiunt surdo et absenti: vt. l. cum pater. §. surdo. de legat. ij. et ideo nisi legatum post mortem agnoscat, non videtur renuntiare querele. Sed dices tu, idem est in vtroque: quia ex quo agnouit, non agit querela. respondeo. quod non: primo dictum est, quia vbi quis accipit donatio. causa mor. videtur iudicium testatoris approbare, quantum ad hoc, vt non habeat querelam: non tamen in totum approbat, quando postea possit agere ad supplementum quarte: secus tamen in legato. quia illud agnoscitur post mortem, et scitur tota voluntas testatoris. et ideo agnoscendo videtur omni iuri renuntiare. quod secus est in donatione causa mortis. vbi eligitur quedam media via: vt dictum est. Hodie † tamen imputantur legata in quartam: vt. l. omnimodo. C. e. quod intellige si aliquid sibi relinquatur iure institutionis, per ea que dixi in. l. si filius qui in potestate. de liberis et posthumis. Sed vna. l. est que interturbat spiritum meum. l. si meuio. §. j. de bon. liber. vbi videtur probari, quod legatum etiam iure isto computetur in quartam: quia si acceptetur, et non sufficiat, agitur ad supplementum. Sed dic, quod illa loquitur in contratabu. que competit patrono qui non potest agere preteritus, nisi ad quartam suam duntaxat: et ita non reducit ad causam intestati omnimodo: vt. l. pantonius. si quis a pa. fuerit ma. et. l. si cum patrono. de contratab. hic vero loquitur in querela, que reducitur ad casum totaliter intestati si agatur simpliciter. ¶ Sed contra premissa oppo. quod imo eoipso, quod quis disponit de sua re videtur reuocata donatio causa mortis. vt. l. non omnis. et quod ibi not. si certum petatur. et etiam si obligetur. argumen. in. l. in fideicommis. et. l. xj. §. si rem. de legatis. iij. Sol. illud est verum vbi fit certa dispositio sup re vel rebus causa mortis donatis. secus si no super illis, licet fiat alia dispositio. vt probatur in. l. sequens questio. de lega. ij. tene menti ista. quia non reperies scripta. Paulus.

Summarium.

1. Substitutio pupillaris num grauamen dicatur?

§. Si quis impuberi. Per pupillarem substitutionem non videtur filius grauari: et ideo non habet querelam. hoc dicit. Secus si per fideicommissum. quod dic vt plene not. C. e. l. ex tribus. ¶ Impuberi. institu-

to etiam in sola legitima. ¶ Querelam. videbatur contra: quia secundum ista tempora dabatur querela etiam illi, cui relinquebatur legitima si postea grauabatur in ea. vt di. xi. s. e. l. j. sed verum erat si per legatum vel fideicommissum: sed 1 †pupillaris substitutio non dicitur grauamen, sed prouisio filij, que potest fieri etiam in legitima. sed fideicommissum vel legatum non: vt. l. quoniam. C. e. z. l. coheredi. §. cum filio. de vulga. z pup. Paulus.

§. **Quoniam autem.** Quarta ps ei', quod quis habiturus est abintestato, dicitur legitima excludit querelam, si sibi relinquatur. hoc primo. Item exheredatus, qui non admittitur, sed admitti speratur facit partem alteri exheredato, vt non admittatur ad querelam: nisi pro portione, quam esset habiturus abintestato. hoc secundo. Et inter descendentes fit successio in stirpes, non in capita: quia tantum habebant plures descendentes ex vno pro legitima sua, quantum debuisset habere ille a quo descendunt. hoc tertio z vltimo. Sufficit. s. si relinquatur. Exheredati. Et vnus agit qrela, alter tacet: qz pro qta pte agit Sextuncia. i. dicere, q si illi, qui solus descēdit ab vno relinquatur sextuncia. i. vncia cum dimidia excluditur a querela: sed in alijs tribus, qui descendunt ab altero, si cuilibet eorum relinquatur semiuncia similiter excluditur a querela: quia inter omnes tres non debent habere, nisi vnciam cum dimidia: sicut pater eorum, si viueret. de qua quemlibet ipsorum tāgit media vncia.

Summarium.

1 AEs alienum legitima potentius est.
2 Filius in bonis paternis creditoribus hæreditarijs an præferendus sit?
3 Relicta pro resarciēdis restituēdisque vsuris & male ablatis, æs alienum dici. Et vsurarium & hominum & Dei debitorem esse.
4 Sepulturæ humanitas maior, quam debiti naturæ.
5 Libertates legitima fauorabiliores. Et an legata ad pias causas legitimam minuant. & quæ dicantur pia legata?
6 Falcidia iure institutionis, an de libertatibus detrahi queat?
7 Falcidiam in legitimam imputari. Et an duas filius detrahat quartas?
8 Cautela filio instituto, cui nihil ex institutione commodi futurum est, vt testamentum impugnans vt abintestato ad hæreditatem perueniat, in edictum, si quis omissa caus. non incidat.
9 Pater in legandis libertatibus, an possit filij legitimam in totum tollere? Et an ea saltem statuto tolli queat?
10 Substituti datio sui hæredis existentiam tollit, facitque vt liberum sit suo ab hæreditate abstinere. & de necessario voluntarium hæredem facit.
11 Querelam instituto aduersus vulgariter substitutum quādoque dari.

§. **Quarta autem.** Legitima intelligitur deducto ere alieno et funeris impensa, z seruis libertate donatis. z ex causa grauaminis filius insolidum institutus, potest repudiare, z habet querelam contra sibi vulgariter substitutum. z non incidit in edictum, si quis omissa causa testa. si repudiat ex testamento, z recepit abintestato: quia non facit in fraudem legatorum, sed vt patris fraudem excludat. h. d. Bartol. et est scrupulosus. §. tamen vtilis. Et diuiditur. Nam primo querit, vtrum es alienum z funeris impensa de patrimonio deducantur. z dicit q sic. vnde filius de residuo tantum debet habere quartam. vt si erant in bonis. ccc. z es alienum cum funeris impensa ascendebant ad centum: deducuntur de patrimonio centum. z sic non valeret patrimonium, nisi ducenta: de quibus debet habere quartam, scilicet 1 quinquaginta. hoc primo. ¶ Nota† gloss. q legitima es alienū est potius, quam debita iure nature. contrariū videbatur: qz etiā legitima dicitur debita, sicut es alienū: vt. l. cum ratio. ff. de bo. dam. tamen hic probatur, q non est ita debita: quia preualet es alienum. Et ideo glo. dicit in. l. cum emancipata. C. de iur. z fac. igno. q legitima non dicitur debita, sed quasi debita: vt. l. fin. in princip. de cura. furio. z hic probatur. ¶ Ex hoc etiam sequitur, q si tantum esset in ere alieno, quantum in bonis, filius nihil dz habere pro legitima. per quod videtur, q ipsius preteritio vel exheredatio tunc non noceret: quia pater non delinquit non re- 2 linquendo sibi legitimam, quam habere non debebat. Tu† dic contra. quia saltem filius prefertur creditoribus in bonis paternis: quia potest retinere bona, z offerre debitum propter affectionem forte, quam habet ad bona, que fuerunt antecessorum suorum. Et ideo saltem ratione affectionis debebant sibi relinqui: al's habebit querelam, vel contrata. vel dicet nullum. Probatur in. l. libertus qui soluendo. ff. de bo. liber. que. l. est singula- 3 ris. ¶ Item† adde q etiam illa, que testator relinquit restituenda pro vsuris, z male ablatis, dicuntur es alienum, z debent de hereditate primo deduci, quam legitima deducatur. Ideo quia pro qualibet est debitor Dei z etiam hominum: licet ignorentur qui sunt. xiiij. q. ij. pro obeuntibus. ita consuluit excellens doc. Federicus de senis, consil. ccxliij. z est valde menti tenendum. ¶ Itē not. q si in hereditate non essent nisi decem floreni, z illi sint necessarij pro sepultura testatorum, non potest filius de illis petere 4 legitimam, z relinquere patrem insepultum. quia† maior est humanitas sepulture, quam debitū nature. hoc probat hic. ¶ Secundo queritur in ver. Sed an z libertates. quid de seruis, quibus est relicta hereditas, vtrum deducantur de patrimonio, sicut es alienum. z hic quinque facit. Primo format. q. quando extraneus est institutus insolidum, filio vero est aliquid relictum pro legitima: quod sufficit, si serui non deducantur: sed si deducantur, non sufficit. secundo antequam ad istam respondeat, format eandem. q. in alijs terminis, scz quando ipse filius fuit insolidū institutus, z multis seruis relicta libertas, qui si computētur in primo data libertate, non remanet sibi tantum, quod sufficiat ad legitimam: vtrum tunc filius habebit querelam. tertio ad vtranque questionem respondet. quarto ex responsione secunde qōnis mouet vnum inconueniens. quinto ad id inconueniens dat remedium. secunda ibi. z nūquid. tertia ibi, potest dici. quarta ibi, cum igitur. quinta ibi nisi forte. ¶ Queritur igitur de primo, si sunt. ccc. in bonis, z tot serui, qui valent centum, quibus omnibus est relicta libertas, et extraneus institutus: filio vero sunt relicta quinquaginta. Certe si serui computentur in patrimonio cum valeat patrimonium. ccc. filius non habet legitimā. quia deberet haberet septuagintaquinque de. ccc. Et sic habebit querelam z rescindet testamētum z libertates: sed si serui deducantur, cum nō remaneant, nisi ducenta, reperit se habere quartam de ducentis. z sic non habebit querelam. Queritur quid iuris? Respondet iuriscons. in vers. potest dici, hoc modo scilicet, quartam detrahendam deductis libertatibus. hoc est dicere q ad hoc q sciamus, an habeat quartam iste filius, debent deduci de patrimonio dicti serui, z videre deinde an de residuo ha- 5 beat quartam in casu igitur isto, si hoc fiat, iam reperitur filius habere quartam. ¶ Nota† igitur libertates esse magis fauorabiles, quam legitima: quia legatum libertatis simile est patri. nam seruitus morti comparatur. z pium est reducere quem de morte ad vitam. per quod videretur, q verū esset de legatis relictis ad pias causas, puta pauperibus. vel in legato alimentorum vel legato dotis: omnia enim ista sunt pia, sicut libertas. bene viderentur deduci de hereditate antequam legitima filij. z q nō deberent defalcari ad supplementum legitime, contrarium est verum: quia legitima prefertur his legatis. ita intelligitur glos. s. e. l. papia. §. si Imperator. que dicit patrem non posse relinquere Deo, z sic ad pias causas in preiudicium filij. quod tene menti. fauorabilior enim est libertas, per quam quis de morte reducitur ad vitam, quam ista legata, per que prouidetur, q quis non moriatur. nam z aliunde forte posset ei prouideri, ne moriatur, quam per ista legata. sed seruo nō potest prouideri, vt reducatur ad vitam, nisi per libertatem relictam. ¶ Sequitur versiculus. et nunquid. z hic stat tota difficultas. hic format eādem. q. in alijs terminis. s. cum filius sit insolidū institutus. Pone in patrimonio valente. ccc. vbi erant tot serui, qui valebant quinquaginta. quibus omnibus est relicta libertas. vnde si liberentur nō remanet filio legitima, que est quarta pars de. ccc. si serui computentur in patrimonio z sic lxxv. sibi vero non remanent nisi quinquaginta, vnde aget querela. sed si deducantur, non solum remanet legitima, sed totū: qz deductis seruis, non censetur valere patrimoniū nisi qnquaginta de quibus quarta pars sunt. xij. cū dimidio que sola debuisset habere filius, si alter fuisset institut'. nunc autem non solum. xij. tantum habet, que sunt quarta pars patrimonij, sed etiam quinquaginta, que sunt totum patrimonium. Queritur quid iuris? iurisconsultus arguit, q non habet querelam per talem rationem. licet omnibus seruis sit relicta libertas, tamen filius, ex quo est institutus potest detrahere falcidiam de legatis iure institutionis. que falcidia est quarta pars totius patrimonij: z sic de omnibus. ccc. ista vero falcidia computatur in debita iure nature. Nam qualitercunque filius habeat quartam partem bonorum, sufficit. quia non debet habere duas quartas. sed hic per falcidiam iure institutionis, habet quartam

quartam omnium.ccc.ergo non potest conqueri. Sed iurisconsultus dicit, ꝙ ista ratio nihil valet: quia † falcidia iure institutionis nō detrahitur de libertatibus. quia non possunt liberari pro parte. ⁊ pro parte non. ⁊ ideo soluit questionem, per aliam rōnē meliorē in deducendis libertatibus quartam detrahēdā. ⁊ si vis scire, an habeat quartā partem deducas libertates: ⁊ tūc illud quod remanet censetur patrimonium. filius autem iste nō solum quartam eius quod remanet habet, sed totum: ergo non potest habere querelam. h. d. ¶ Pone ꝙ filius non potest detrahere duas quartas, vt hic dicam. glos. dicit, ꝙ iste tex. corrigitur: quia non potest hodie pater filium grauare in legitima. ⁊ si grauat tollitur grauamen: vt in auf. de trien. ⁊ semi. §. prohibemus. vbi tenet idem glo. ꝙ hic. sed certe de libertatibus nihil dicitur ibi. nec videtur hoc verū: quia Iustinianus introducit ꝙ tunc grauamen tolleretur: quando ratione illius poterat agere querela: ⁊ hoc ad tollendum materiam subuertendorum testamentorum: vt patet in. l. quoniam in prioribus. C. e. sed qñ grauabatur per libertatem, non poterat agere querela: vt hic. ergo videtur ꝙ nihil immutatum: secus esset, si nihil esset in patrimonio, nisi serui: quia non posset omnibus hodie relinqui libertas in preiudicium filij. quoniam tunc etiam olim competebat querela: vt. j. versicu. proxi. ¶ Ultimo † not. ꝙ falcidia imputatur in legitimā: ⁊ sic nō potest filius detrahere duas quartas. facit. j. e. l. §. si quis impubes. ⁊ dicā in. §. meminisse. ¶ Itē gloss. propter dictionem, cum, reddit tex. scrupulosum. nam sufficiebat dicere, si quis. sicut si cum quis. vnde aliqui dicunt, ꝙ superfluit illa dictio, cum, aliqui transponunt eam ad versicu. falcidia autem. dicentes, si cum. i. quando quis ⁊c. legentes interrogatiue ⁊ suspēsiue vsq; illuc, qui habet falcidiā. sed idē est sensus. ¶ Sequitur versiculus. cum igitur. hic est quarta pars, in qua ponitur inconueniens quod resultat ex predictis. nam si pater potest dando libertates minuere patrimonium, ⁊ per consequens legitimā. nec filius de hoc posset cōqueri, vt dictum est, sequetur ꝙ poterit filium hoc modo defraudare tota legitima: puta, si non sunt in hereditate, nisi serui. nam dando eis libertatem, dicetur nihil esse in patrimonio: et sic filium nihil debere habere pro legitima, quod est iniquum. ¶ Sed respondetur, ꝙ † hoc casu postꝙ pater vult filiū ex toto fraudare: filius potest conqueri. ⁊ remedium est, vt si ipse non sit in potestate constitutus, repudiet hereditatem ex institutione. nam tunc si quidem habet substitutum vulgarem, qui velit adire, intentabit querelā contra ipm, per quā rescindit institutiones ⁊ libertates. Si vero substitutum non habet, recipiet hereditatem abintestato, ⁊ legata libertatum euanescūt. nec potest dici, ꝙ incidat in edictū, si quis omis. caus. testa. quia hoc non fecit in fraudem legatorum. quo casu loquitur ille ti. sed fecit ad excludendum fraudem patris, ꝙ facere potuit impune. hoc dicit. ¶ Nota gloss. ꝙ † licet pater possit legando libertates diminuere filio legitimā vt. s. versiculo proxi. non tamen potest ipsam ex toto tollere. Et sic facit optime pro opinio. illorum, qui dicunt, ꝙ per statutum non potest tolli ex toto legitima filij: sed diminui sic. de quo per Cy. C. de mino. l. sancimus. et per Dyn. in. c. indultum. de regu. iuris. ¶ Item facit contra illos, qui dant remedia qualiter pater possit defraudare filium legitima: quia fraude reperta, nihil proderit cautela. de quo per Dyn. in. l. hereditarium. de bo. authoritate iudi. possi. ⁊ in. l. non vsq;. si quis a paren. fue. manu. per Ber. ⁊ per Hostien. in. c. raynutius. ⁊ raynaldus. de testa. ¶ Item not. dum dicit, si non fuit in potestate. nam si esset. talis repudiatio sibi non prodesset: quia cū sit suus ⁊ necessarius per repudiationem non desinit: vt. l. j. §. qui sunt in potestate. si quis omis. causa testa. vnde illa existentia sui heredis confirmat libertatem: vt. l. cum quasi. §. sed si quis. de fideicommis. liber. et hoc verum, quando non habet substitutum vulga. nam † tunc datio substituti tollit existentiam sui heredis, ⁊ sic prodesset repudiatio. ⁊ est ratio: quia dando substitutum, dat sibi licentiā abstinendi. ⁊ facit eum de necessario voluntarium, fm gloss. hic positam, quam perpetuo tene menti. quia semper alleg. ⁊ est de hoc casus in. l. si filius heres. de lib. ⁊ post. et vide que ibi dixi. et hoc dicit gloss. in effectu vsq; ad versiculum. querelam instituet ¶ Ultimo † not. ꝙ instituto datur querela, quando grauatus est in legitima contra substitutum vulgarem, sicut datur cōtra coheredem: vt colligitur. j. in. §. vnde si quis. Nam isti equiparantur: vt. l. si titio ⁊ meuio. §. iul. de leg. ij. olim ergo sicut competebat querela exheredato: ita ⁊ instituto, ⁊ in legitima grauato: vt dixi. s. l. j. licet gloss. ab illo versiculo vsq; in fi. multum in hoc laborat, licet non expediebat. hodie vero non procederet cōsilium huius. l. quia cum pro tali grauamine possit agi querela, vt hic: remouebitur de legitima. vt. C. e. l. quoniā. secus in casu, qui est. s. §. proximo. Paulus de Castro.

Summarium.

1. Testatoris iudicium non videtur approbare, qui ab legatarijs aliquid accipit.
2. Nummum recipiens ex testatoris iudicio, an querelam, & ius ad supplementum agendi perdat?
3. Conditionis implendæ causa datum, in legitimam num hodie imputetur?

§. Si conditioni.

Si filius aliquid percipiat ex iudicio testatoris, etiam gratia conditionis implende, perdit querelam, quā habet, vel habiturus erat, siue ab herede, siue a legatario percipiat. h. d. ¶ Et intellige duobus modis. Primo in filio exheredato, vt sentit prima gl. ⁊ tunc puto ꝙ hodie corrigatur in hoc, quod dicit de legatario: quia legata remanent hodie firma. per auf. ex causa. Recipiendo † a legatarijs, non videtur approbare iudicium testatoris. quia. l. approbat quo ad legata: et non ipse. Nam ⁊ si vellet reprobare, non posset. Preterea etiam rescisso testamento per querelam, cum ipse succedat abintestato, legatarij deberent implere conditionem in persona. ergo si primo recipit, non renuntiat querele. ⁊ hec est ratio demonstratiua. secus esset si reciperet ab instituto: quia per querelam potest institutionem impugnare: vnde † recipiendo etiam vnum nummum perdit querelam: vt hic. vel dicas, ꝙ agat ad supplementum: quia illud nō competit exheredato, sed instituto. istud est nouū ⁊ credo verissimum. ¶ Item secundo intelligitur in filio instituto in minori parte, ꝙ sit legitima: qui habebat olim querelā, Sed tunc hodie corrigitur: quia agit ad supplementum: vt. l. omnimodo. Item, quia licet olim recipiendo datum gratia cōditionis implende perderet querelam, vt hic: tamen ius agendi ad supplementum hodie non perdit: vt. l. si quando. §. ⁊ generaliter. C. e. ⁊ in auf. vt cum. de appella. cog. §. ceterum. ¶ Tertio, † quia olim datum gratia conditionis implende, imputabatur in legitimam, vt hic. Sed hodie non: sed petet suppleri de ipsis rebus hereditarijs. ⁊ illud quod capit gratia conditionis, habebit precipuum: vt. l. sancimus. §. repletionē. C. eo. ⁊ fm istū intellectum procedunt gloss. due iste, que aliter facerent te vacillare. Uel dic, ꝙ nec etiam olim imputabat in legitimam datum causa conditionis implende. nec propter hoc excludebatur a querela: sed quia recipiendo: iudicium testatoris approbabat vt notat gloss. que incipit. nisi.

Summarium.

1. Legitima de rebus hæreditarijs hodie detrahi debet.
2. Hæres olim de restituēdo grauatus, quatenus restituere cogebatur?
3. Filius legitimam & fructus eius fforum tempore habere debebat, idq; in omni quarta generale.
4. Filius in proprietate institutus, an possit in vsufructu omnino grauari?
5. Legitima alij accrescit, quando alterius pars diminuitur.

§. Unde si quis.

Filius grauatus ⁊ restituturus ad certū tempus fructus medij temporis in legitimam computat. h. d. Bartol. ⁊ intellige de quarta trebellianica que imputatur in legitimam: et etiam in eo, quod sibi deficiebat ad legitimam. nam de vtraq; hic loquitur. sed primū de trebel. corrigitur per. l. iubemus. C. ad trebell. quia detrahitur de bonis hereditarijs statim per filios primi gradus, siue sint rogati sub conditione, siue ad certum tēpus, quicquid glo. hic dicat. pro quo facit glo. j. e. l. §. meminisse. in fine magne glo. Ratio quia imputatur in legitimam, ⁊ ideo censetur eodem iure, inꝙ̄tum loquitur de legitima dupliciter corrigitur. Primo †, quia ipsa legitima debet hodie de ipsis rebus hereditarijs detrahi: vt. l. sancim⁹. §. repletionē. C. e. ¶ Itē quia non expectatur hodie, vt currat tempus, ⁊ sic percipiatur furctus pro legitima: vt hic dicitur. nam per hoc patet, ꝙ † olim tenebatur heres in toto eo, qd erat rogatus, restituere: nec deducebatur de legitima: sꝫ hodie statim deducitur. Et debet ipsam habere pure: vt. C. e. quoniam in prioribus. Ex quo sequitur, ꝙ de ipsis rebus hereditarijs deducitur, nec expectatur lapsus tēporis, de quo vide per Cy. in. d. §. repletionem: vbi declarat istū

§. ¶ Ex semisse. cui tamen abintestato debebantur octo vncie: quia succedebat cum nepte ex altero filio, cui nepti debebatur tertia pars, ꝛ accrescebat isti filio. vnde legitima de octo vncijs erant due vncie, que dicebantur sextans. i. sexta pars totius hereditatis. quia diuisa in sex partes quelibet pars cōtinet duas vncias. Si ergo rogatus restituere semissem, pro trebellianica non potest detrahere nisi quartam partem semissis, quem rogatus est restituere. que est vncia cum dimidia adhuc: ergo restat sibi pro supplemento legitime media vncia, quam retinere non poterat ex trebelliano. et ideo volebat intentare querelam contra coheredem: quod videbatur olim posse propter grauamen. sed dicit contrarium. quia cum istud grauamen sit positum ad tēpus, non est sibi preiudiciale: cum possit interim recipere fructus, de quibus sibi satisfaciet. h. d. Sextans. i. due vncie. Hereditatem. i. illum semissem. Debitam portionem. i. totam legitimam ꝛ eius fructus. Nota †, ꝙ etiam isto tempore filius debebat habere legitimam ꝛ fructus eius, quod est generale in omi quarta: vt. l. ꝙ de bonis. §. fructus. ad leg. falcid. ꝛ. l. mulier. §. si heres. ad trebell. poterat tamen hoc tempore de fructibus fraudari, quādo sibi relinquebatur de proprietate, quam debent habere: vt si instituebatur insolidum etiam poterat legare alteri vsufructum bonorum: vt. ff. de vsufru. l. omnium. ꝛ de vsufruct. legat. vx. mee. ꝛ sic interim habebat nudam proprietatem. quod † hodie correctum est, vt saltem quo ad legitimā, non possit vsusfructus legari: vt in auth. de trien. ꝛ semis. §. prohibemus. ꝛ no. in dicta. l. omnium. et dicta. l. vxori. ¶ Not. glo. primam, que continet vnum bonum dictum. s. ꝙ † quando alteri pars diminuitur legitima alterius crescit. de quo dicam in. l. si pars iudicantium. ꝛ dominus Bald. dicit ꝙ continet meram dulcedinem. Paulus.

Summarium.

1 Remedia contraria sub conditione proponi simul posse.

§. Si quis irritum.

Duo remedia contraria non possunt simul proponi, etiam alternatiue: sed debet quis alterum eligere. h. d. multū not. Sed † sub cōdōne pñt proponi, vt not. in. l. j. C. quando prouo. non est necesse. vbi possum dicere sententiam nullam: ꝛ si qua est appello. facit. c. constitutus. de resti. in integ. ꝛ quod no. C. loca. l. conductorem. ꝛ. ff. de actio. emp. l. j. in princ. secundum Bart. sed hic non ponitur disiunctiua libelli, sed disiunctiua legis. nec ponitur inter duo contraria: sed inter compatibilia: dum dicit irritum vel ruptum. sed cum subditur vel inofficiosum ponitur copulatiua. vnde non proponebantur disiunctiue, sed copulatiue. si vero disiunctiue, forte admitteretur: nisi propter incertitudinem repellatur.

§. Si filius.

Querela potest proponi per filium in modum exceptionis: sed tunc dꝫ in ea concludere ꝛ petere rescindi testamentum, sicut si proponeret per modum actionis. h. d. not. adde. l. nec non. §. exemplo. et quod ibi not. ex quibus cau. maio. ꝛ. l. si preteritus. ff. de contrata. ꝛ quod not. per Bartol. in. l. nam ꝛ postea. §. si minor. de iureiuran. Paulus.

Summarium.

1 Sententia ffforum iure an in absentem actorem ferri potuit? Et quid hodie?
2 Sententia, quando quis veniret puniendus in alio, quam in quo sententia ferretur, vt pœnam euitet, quod remedium subsit?
3 Fisco applicatur, quod ab indigno aufertur.
4 Quartæ duæ num hodie detrahi possint.

§. Meminisse.

Succūbens in querela per sententiam latam contra ipsum presentem perdit illud, quod ex testamēto percepturus erat ad sui commodum, ꝛ applicatur fisco: secus si percepturus erat ad commodum alienum, vel contra eum absentem lata sit sententia: vel ante ipsam sententiam destiterit. h. d. ¶ Et si absente. sꝫ † qñ poterat sententia ferri in eius absentia: cum esset actor, secundum ista tempora: vt. s. titu. j. l. ꝛ post. §. j. dic ꝙ se absentauit post ꝯclusionem in causa: vt. l. q̄uis indubitati. ꝛ quod ibi not. C. de adulte. non ergo videtur bona ratio gloss. ꝙ ista sententia lata contra absentem videatur ex defectu probationum in casu isto: quia post conclusionem in causa, hoc nō potest dici. ꝛ ideo dic quia grauatur in vno, releuatur in alio. Est † ergo remediū, vt cum quis propter sententiam latam contra eum puniendum in alio, q̄ in quo lata est, se absentet, cum iudex vult ferre sententiam: et euitabit penā. quod est mirabile. sed si constaret de fraude vere vel presumptiue ibi: hoc non prodesset sibi. argumen. s. de transac. l. cum hic. §. si lis. ꝛ. ff. de rei ven. l. in fundo. ¶ Opp. quia hic dicitur ꝙ vsqꝫ ad sententiam licitum est penitere. contra de. l. j. C. de plus peti. ꝛ. l. libertus. s. de in ius vocan. ¶ So. aut quis punitur in eo, quod petit: ꝛ tunc ante litis contest. penitere potest: vt in contrario. aut in alio: ꝛ vsqꝫ ad sententiam, vt hic. ¶ Item † nota ꝙ id quod aufertur ab indigno applicatur fisco. pro quo. l. Claudius. ꝛ. l. mulierem. ff. de his quibus vt indignis. que ita probant, sicut hic: licet glo. contra. pro quo. l. hereditas. C. de his quibus vt indig. ꝛ ibi plene per Barto. facit. l. j. C. de secundis nup. dic vt ibi. ¶ Item † not. glo. scilicet treb. de quest. an hodie possunt detrahi due quarte: quod est hodie expeditum iure canonico in. c. raynucius. ꝛ. c. raynaldus. extra de testa. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Quartam ad querelam excludendam vnam sufficere.
2 Exceptio, tibi nō competit querela, talis ve actio, in iudicij limine opponi potest ad agentē excludēdū. Et quid si in principio ad litiscontestationem impediendam non opponatur, num ad victoriam impediendam post opponi queat?
3 Exceptiones quæ ipso iure agētis intentionem non perimunt, sed elidunt, quando opponi debeant?
4 Legitimam æs alienum dici: & ideo filium in ea grauari nō posse.

§. Si quis impubes.

Qualitercunqꝫ filius habeat quartā excluditur a querela: sed si de facto fuit admissus, ꝛ succubuit: non perdit eam, si aliunde q̄ ex testamento habeat. h. d. ¶ No. † ergo ꝙ sufficit vna quarta ꝯcor. s. e. l. §. quarta. ¶ Itē not. † ꝙ ista exceptio tibi non cōpetit querela, vel talis actio, potest opponi in limine iudicij ad excludendū ageñ. ꝛ sic impediet litiscontest. facit quod not. C. de transac. l. vbi pactum. item si nō opponatur in princip. ad impediendum contestationem litis. potest opponi post ad impediendum victoriam: vt videtur ibi, ꝙ si egerit, nec obtinuit. quod est regulare in omnibus exceptionibus, que impediunt litiscontest. vt. ff. de condi. indebi. l. eleganter. §. si post. ꝛ ibi not. per Bartol. ꝛ in. c. j. de litis contest. lib. vj. Exceptiones † vero que non perimunt ipso iure intētionē ageñ. sed elidunt, vt pacti de non petendo, non possunt a princip. opponi ad impediendum litis contest. sed opponuntur ex postfacto: vt dicto. c. j. ꝛ. C. de prescrip. long. tempo. l. empto. ¶ Item no. † ꝙ legitima dicitur es alienum: ꝛ ideo non potest filius in ea grauari: vt plene not. C. e. ex tribus. per Cyn. non tamen proprie dicitur es alienum: vt dixi in. §. quarta. ¶ Item ꝙ vbi competit aliud remedium cessat querela. nam ad istam quartam diui pij, filius habet ꝯdictionē ex. l. s. de adop. l. si arrogator. per quā condictionem si consequetur illam solam quartam excluditur a querela per quam fuisset consecutus totum. quod est notādum. ꝛ in hoc stat virtus istius. §. quam nullus declarat. ¶ Diui pij, quam consequitur per condictionem ex. l. vt dictum est.

§. Si ex causa.

Seruitutes. Seruitutes habentes causam discontinuam, siue sint rustice, siue vrbane spatio longi temporis non possunt prescribi. h. d. Cuius. l. materiam vide plene per Cy. in. l. j. ꝛ. ij. C. eo. ti. ꝛ per Bar. in. l. j. in fi. de aqua plu. arcen. ꝛ no. glo. que est hic singulariter in eo, quod dicit, ꝙ si dicam te mihi constituisse seruitutem itineris per stipulationem, vel alium contractum, ꝛ ad probationem huius inducam ꝙ te sciente ꝛ patiente, sim vsus, quod per hoc probatur constitutio. Aut ergo lapsus temporis alle. ad acquisitionem seruitutis: vt quia dico, ꝙ te sciente ꝛ patiente p. x. vel. xx. annos eā seruitutē acquisiui tempore: ꝛ hoc non prodest vt in tex. Aut alle. titulus, ꝛ ad probationem tituli, hoc affero, non quia dicam iure acquisiuisse per lapsum temporis, sed per constitutionem ꝛ stipulationem tuaz, ꝛ ad probationem huius induco lapsum temporis, ꝛ hoc prodest, vt in glo. simile. not. C. communi. diuid. l. penultima. ꝛ probatur secundum gloss. in. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. Sed doc. in. l. si certis annis. C. de pact. reprehendunt hanc glo. quia. l. cum de in rem verso loquitur in faciente ꝛ in soluente, qui per lapsum tempus sibi preiudicatur: vt illa solutio possit induci cōtra eum ad probationem. Sed nos loquimur in patiente aliū ire. quo casu non reperitur cautum vt patientia longi temporis induci possit ad probationem. Si enim te sciente ꝛ patiente possiderem rem tuam. x. annus. ꝛ postea dicerem ꝙ tu eam mihi dedisti ꝛ ad probationem allegem patientiam tuam: certe per hoc non probaretur venditio: sed requiritur vera probatio, vt. C. de rei ven. l. nullo. Bar. autem in. l. cum de in rem verso. sustinet glo. per. l. qui in aliena. §. postꝙ. de acquir. heredi. vbi per patientiam presumitur. ꝛ. C. de pe. here. l. si filius. ¶ Distinguit tamen aut loquimur in rebus modici preiudicij, sicut est vt seruitus videatur constituta, vel res videatur diuisa per socios: ꝛ tunc sufficit inducere patientiam ad probationez huius, vt in hac gl. in illa. q. ꝛ. C. communi diuid. l. penultima. Aut in rebus magni preiudicij, vt res videatur vendita: ꝛ tunc non sufficit, ꝛ ita intelligit dictum aliorum. que verba fignanter no. ꝛ adde qd no. in. c. peruenit. extra de censi. ¶ Et aduerte, quia per hoc datur occasio mentiendi ꝛ damnandi animam: quia erit in arbitrio actoris, quomodo in istis iuribus formaret petitionē. ¶ Et ideo caueat quilibet ne propter mundana amittat animam. ita dicit Jo. And. in dicto. c. peruenit. ꝛ idez Jo. fa. insti de act. §. preiudicialis. in. xiij. ꝛ. xiiij. colum. in versicu. nunc queram. ¶ Oppo. quia vsusfructus non habet causam continuam, et tamen prescribitur longo tempore, vt. l. fi. de longi temporis. prescript. ¶ Solut. ibi hic in personali, hic in reali, rationem diuersitatis dic vt dixi in. l. si ego. §. j. ff. de publi. ꝛ vide que ibi dixi. ¶ Item pro prima glo. vide not. in. l. regulariter. de pet. here. et quod ibi dixi. Paulus.

§. **Seruitus.** Ratione iuris priuati quod qs habet in re sacra, potest acquirere seruitutem, ꝛ remittere. h. d. ¶ Nota ergo casum, in quo ratione iuris, quod quis habet in re, licet non sit dominus rei, potest acquirerre seruitutem. In contrariū facit. l. sed ꝛ si quid in princip. §. fi. ff. de vsufructu vbi vsusfructuarius ratione iuris, quod habet in re, non potest acquirere seruitutem: quia non est dominus rei. Sed ibi alter priuatus erat dominus: hic autem in nullius bonis erat. Paulus de Castro.

§. **Publico.** Locus medius impediēs cōmodū seruitutis perueniendi de vno loco ad aliū, ipedit seruitutē cōstitui. h. d. bar. vel si mediū extremis repugnat impedit extrema cōiungi. h. d. facit. l. tria pdia. ff. tit. ij.

Quotiens. Nō pōt imponi seruit⁹ de illo, qd fundi vtilitatē nō respicit, ꝛ qui dꝫ seruitutē, debet pati. nō facere. h. d. tota. l. sed bar. aliter. Solut. ad. l. ei fundo. ꝙ ibi licet, non quia eius intersit, habet tamen formam interesse.

Si qui post. Creditori ꝛ emphyteote competit vtilis actio pro seruitute. h. d. bar. ꝛ est ratio: quia tales possunt totam rem vendicare: ꝛ per consequens omne ius rei. secus in vsufructuario qui nō potest vendicare rem, sed ius suum tantum. Et ideo nec iura q̄ debentur rei potest vendicare nomine suo: vt. l. j. ꝛ. ij. ff. si vsusfructus petatur. nomine autem proprietarij potest, vt procurator. vt ibi.

Via itineris. Seruitutes pdiales sunt indiuisibiles: ꝛ ideo non possunt pro parte in stipulationem deduci: nec pro parte peti nec pro parte ad heredes transmitti. Sed pucuiu: ꝛ transmittuntur insolidum. h. d. Paulus.

Papinianus. Seruitus cōfusa per aditionē, dꝫ per legatariū restaurari. h. d. Bar. No. gl. hic. q̄ semp alle. ꝙ cū testōr legat rē hr̄dis sui, nō trāsit dn̄iū in legatariū, nisi traditione facta, ꝛ iū no. glo. in. l. j. C. cōia. de lega. sed ista tenetur.

Si fundo. De eo quod non interest de presenti, interesse tamen potest in futurum, seruitus constitui potest. h. d. secundum intellectum glo. que ponitur. ff. e. quotiens.

Quotiens. Qui seruitutē constituit, cauere tenetur ꝙ nō impediet vtētem: ꝛ talis cautio vna cū patientia ꝛ vsu pro traditione habetur. Itē pro seruitutibus dantur interdicta possessoria. h. d. ꝛ no. istā. l. ¶ Circa hoc vltimū dic ꝙ si sunt seruitutes cōtinue datur vtile interdictū vti possidetis. vt. ff. si serui vend. sicuti. §. dicit igitur Aristo. in fi. ¶ Sed si discontinue. datur interdictum de itinere actuqꝫ priuato. pro quo vide Bar. in. l. j. in prin. ff. vti poss. Paulus.

Si intercedat. Loc⁹ public⁹ medius nō ipedit seruitutē cōstitui in ijs, que nō nocēt ipsi loco publico. Sed in ijs, q̄ nocēt, impedit. Itē cōfessoria ꝓ seruitute nō cōpetit cōtra nō dn̄m, si nō ipedit. h. d. tota lex. ¶ Et no. hic tex. ibi immitēdi, protegēdi qd nō est licitū priuato facere pontē supra viaz publicā. Ad hoc alle. per gl. ff. ne quid in loco publico. l. ij. §. tractatum. simile. ff. de flu. l. fi. vide Bal. ff. de re. di. Paulus.

De seruit. urbanorum prædiorum Rub.

Summarium.

1 Seruitutes vnde denominationem accipiant?

Vrbanorum. Iura vrbanoꝝ pdioꝝ sunt illa, q̄ hic describunt̄. ꝛ multū plꝫ, vt dicam⁹ ꝙ loquit̄ de iurib⁹ libertatū ꝛ seruitutū. ¶ Nā hic alioua ponuntur. q̄ magis libertas ꝙ̄ seruitus dici debent. ¶ Pōt ēt itelligi ꝙ oia q̄ hic dn̄r sonēt etiā in seruitutē scd̄m vltimū intellectuꝫ, q ponit̄ in fine gl. q̄ est no. Et ille intelle-
1 ctus est ver⁹, scd̄m bar. ¶ Itē no hic ꝙ seruitutes denoiantur a predio dn̄ante vt in stillicidio. qd de domo cadit in areaz. dicitur enim seruitus vrbana, licet area sit predium rusticum.

Luminum. Qui ꝯstituit seruitutē luminū nō prohibet̄ alti⁹ eleuare nec lumina offuscare, dūmō tn̄ de lumine reseruet ꝙ sufficiat: sec⁹ in eo q ꝯstituit seruitutē ne luminib⁹ officiat. q: talis nullo mō pōt eleuare. h. d. secundum intellectū gl. Scd̄m quē nota, ꝙ in pl⁹ se hꝫ seruit⁹ luminū. ꝙ̄ seruit⁹ ne luminib⁹ officiat̄. q: q ꝯstituit primā, nō solū nō pōt altius tollere, sed qd eleuatum est, dꝫ destruere. secus in secunda: quia solū tollere prohibetur. Sed opinio glo. tenetur secundum Bar.

Summarium.

1 Seruitutes rusticæ qualiter perdantur?
2 Præscriptioni, quæ non ex sola non petentis negligentia, sed ex facto petentis currit, bonam fidem necessariam esse.
3 Locus in quo per omnes Bartolus refellitur.
4 Debitor ius debiti largo modo possidere dicitur. Et in his quæ animæ salutem spectant, verba latissimæ intelligenda.
5 Seruitutibus vrbanis præscribendis cur præscribentis factum requiratur, non quæ in rusticis?

HEc autem. Seruitutes vrbanorum prediorum non vtendo legitimo tempore perduntur sicut seruitutes rusticę.h.primo.non tamē perduntur nisi alter prescribat libertatem, in quo requiritur factum eius h.scdo. Item per plantationē arborū crescentiū vltra modū statute seruitutis, non prescribit quis libertatem altius tollendi.h.d.cū.l.seq.& est no.l. ¶ Nota † 1, q seruitutes rustice perdūtur sola negligentia non vtentis, siue facto prescribentis libertatem. ¶ Et ideo nō requiritur bona fides in ipso acquirēte libertatē, vt.j.de vsuca.l.sequitur.§.si viam, sed in seruitutibus vrbanis amittendis requiritur factum prescribentis libertatem. ¶ Et ideo requiritur etiam bona fides in eo, vt not. per gl.in.l.fi.j.quemadmodum seruitutes amittant. Nā si debes mihi seruitutem luminum, & fenestris meis apertis altius edificares, non prescriberes libertatem: quia scis me velle vti seruitute. Ex 2 quo teneo fenestras apertas secus si clausas, vt hic. ¶ Et † ex ijs dicit bar.q cum in prescriptione, que currit non ex sola negligētia non petentis, sed ex facto petentis, requiritur bona fides: secus in illa que currit ex sola negligentia, dicit ipse q.c.male fidei possessor. de regulis iuris. libro sexto vbi dicitur q malefidei possessor nullo tempore prescribit, habet locum tātum in prescriptione, in qua requiritur factum prescribentis, scilicet possessio, vt in prescriptione actionū realium, vt patet dum dicit male fidei possessor: non autem habet locum in prescriptione actionum personalium, in quibus non requiritur factum prescribentis, sed sola negligentia non petentis. vnde si per.xxx.annos non peto, quod mihi debetur: perdo ius agendi, licet debitor sciat se mihi 3 teneri. que opin. non tenetur. & † est vnus de passibus in quibus Bartol. reprobatur per omnes. Nam illud quod dicitur in dicto.c. non procedit ex eo, q in prescriptione requiratur factum prescribentis. nam de iure ciuili in prescriptione.xxx. annorum circa res immobiles requiritur factum prescribentis, scilicet possessio, & tamen non requiritur bona fides, vt.l.sicut.de prescriptione.xxx.annorum. Sed ratio illius.c. est ne quis contra conscientiam lucretur. que ratio locum habet in omni prescriptione. 4 Nec obstat quod dicit possessor. Nam † & debitor largo modo dicitur possidere ius debiti, vt nota.in.l.regulariter.s.de pet.here. in ijs que concernunt salutem anime, verba debēt largissime in5terpretari: & ita teneas ¶ Sed † quero quare in vrbanis requiratur factum prescribentis non in rusticis. gloss. reddit rationem, quam Bar. approbat. & dicit se non videre meliorē, nisi quia vrbane sunt digniores q̄ rustice. & ideo difficilius amittūtur, secūdum Mart. Sylla. ¶ Sed certe maior dignitas in libertate, q̄ in seruitute: & ideo facilius deberet acquiri libertas in vrbanis, q̄ in rusticis. & sic ista ratio facit in contrarium. vnde potest dici, q in rusticis non semper quis moratur. vnde non potest scire per singula momenta, vtrum alter vtatur seruitute vel non. et ideo non imputatur sibi, si non facit aliquid contra seruitutem: cum credere debeat q ille semper vtatur. & sic imputaretur sibi q mala fide non faceret. Sed in vrbanis quis moratur frequenter: vnde si vicinus tenet fenestras, & sic scit eum non vti seruitute, imputatur sibi, q non altius tollit: quia hoc potest bona fide facere. tene menti rationem glos. fin. dicit q si quedam foramina sint clausa, quedam non, q nec prescribitur, quod verum intellige, q simul fuerunt omnia facta & eodem tempore. Secus si in diuersis. pro quo.l.si primus. in princip. de aqua plu.ar. Paul.

PArietem. Socius communis parietis non potest parietem causa reficiendi destruere iure seruitutis. Item qui non constituit seruitutem, non prohibetur altius tollere: licet luminibus vicini officiat. hoc dicit cum.l.sequen. Paul.

Summarium.

1 Dominium ex tacito legato num transferatur?
2 Hæres ædes proprias eleuare, ac in totum legatarum ædium luminibus obstruere queat?
3 Accessus ac egressus rei venditæ, si non exprimatur, an in contractu veniāt? Et quid in accessibus rei relictæ in vltimis volūtatibus?

BInas. Qui habens duas domos alteram legat, vel vsumfructum eius, non potest heres in illis que sibi remanent ita edificare, vt lumina legatarum edium totaliter tollat. Sed bene potest minuere. Item qui legat vsumfructum vnius rei sue, legare videtur iter per aliam rem suam, sine quo vsusfructus esset inutilis. hoc dicit. ¶ Et primo format tres questio. Secundo respondet ad primam tantum extendendo responsionem ad alium casum. Tertio respondet cuidam oppositioni. Quarto responsionem primam limitat. ¶ Et sic duo casus remanent in litera indecisi. Secunda ibi, qui binas. Tertia ibi non autem. Quarta ibi sed ita officere. ¶ Quero circa primam questio. ad quam hic respondet, si heres vult totaliter lumina tollere, qua actione agitur contra eum? videtur q actione confessoria quasi videatur seruitus tacite constituta, & sic ius statim transiuit in legatarium: vt.l.si partem.§.fin.j.quemadmodum serui.amit1tatur. doc. contra. quia † ex tacito legato non transit dominium ipso iure. Sed requiritur traditio, vt not. in.l.emptor.§.ancilla.de rei vendi. dicunt ergo q agere actione ex testamento, vt heres constituat seruitutem, ne altius tollatur: quia hoc tacite legatum videtur, vt.j.de lega.j.l.seruum.§.fin.& ibi per docto. ¶ Circa secundam questio. que non determinatur in text. que2ro † vtrum possit heres edes proprias non hereditarias alienare, & in totum lumina legatarum edium tollere? respondeo sic: quia in proprijs non videtur seruitus tacite legata, vt.s.l.proxi. ¶ Circa tertiam questio. que similiter non soluitur, quero si testator legat proprietatem fundi sui ad quem non potest transiri, nisi per alium fundum suum, vtrum heres teneatur prestare accessum? nam si legatus esset vsusfructus, non est dubium q sic: vt in tex. gloss. respondet, q secus, quando legatur proprietas, quia istud legatum plenius est. & potest habere commoditatem sine accessu: vt.l.sed & si quis.§.proprietatis. & quod ibi not. in gloss.s.de vsufructu Iaco. de Aret. & Cyn. contra, per istam.l. in fin. nam vt tenetur prestare lumen sine quo non posset domus inhabitari: eadem ratione tenetur prestare accessum, sine quo non posset iri. Ad hoc bene facit.l.si fundum sub condit.§.si fundum.de lega.j.& j.si serui vend.l.testatrix.in princip. Idem tenet Barto. licet de eis non faciat mentionem. Nec obs. 3 l.in vendendo.j.de contrahen.emp. quam glo. alleg. quia † ibi loquitur in contractu, in quo non veniunt tales accessus, nisi exprimantur. & ideo dicunt hodie notarij, vendidit & tradidit talem rem, cum accessibus & egressibus suis vsque ad viam publicam. quod in vltimis voluntatibus non est necesse dicere: quia tacite veniunt, cum largior sit facienda interpretatio quod tene menti. & vide quod plene not. Bartol. in.l.j.j.de serui.lega.

Summarium.

1 Pacta secundum statura limitari.

QUi luminibus. Non potest quis edificare vltra formam constitutam, ne luminibus officiat. Et cum dubitatur de mensura recurritur ad arbitrium. hoc 1 dicit. Bartol. Not. glos. q pacta limitantur secundum statuta. ¶ Item not. in eadem, quando quis incipit prescribere seruitutem ne altius tollatur: quia eo tempore incipit, & non ante. ita not. C.eo.l.ij.

EDificia. Plantatio arborum non est contra seruitutem altius non tollendi: sed contra seruitutem ne prospectui officiatur sic, hoc dicit. ¶ Item est contra seruitutem, ne officiatur luminibus, vt.j.eo.l.si arborem. Paulus de Cast.

Summarium.

1 Camino in communi parietæ ita, vt flamma pertranseat, an liceat facere? Et quid de tubulo per quem fumus exeat?
2 Aduocatus curialis clientulum admonere debet, vt cum aduersario loquatur prius, quàm litem incipiat.

QUidam. In pariete communi, non licet socio facere aliquid, per quod paries deterioretur, vel socio preiudicetur. picturas autem et incrustationes, ex quibus non deterioratur, licitum est facere: si tamen paries defectu alterius socij ceciderit, non potest illarum picturarum estimatio peti. hoc dicit. & per 1 hanc.l. patet, † q si habes domum ab vna parte parietis,

& ego

& ego ab altera sic, quia paries est communis. non licet tibi facere caminum in pariete per quem transeat flamma. quia ex hoc deterioratur. Sed si fieret tantum tubo, per quã fumus trã sire potest, vt hic secundum Bart. ad quod. l. fistulam. ĩ. e. licitũ

2 est. ¶ Item † nota φ aduocatus curialis debet dicere clientulo suo, vt cum aduersario suo loquatur, antequã litem incipiat. & ad hoc sem per all'.

Imperator. In area que non debet seruitutem potest dominus edificare intermisso legitimo spatio. h. d. quod autẽ sit illud spatium, dic vt in gloss. & l. fina. ĩ. si. regund. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Lumen ac prospectus quot modis dici queant.
2 Prospectus sine lumine, lumen sine prospectu esse non potest. Et pauper quàm diues quandoque plus habere dicitur.

Inter seruitutes. Seruitus ne prospectui officiatur hoc continet, φ nihil fiat per quod quis impediatur prospicere illa, que ptinent ad amenitatem, que non solum ex parte superiori. i. celo procedit, sed etiam ex inferioribus. seruitus autem ne officiatur luminibus. hoc continet, ne aliquid fiat per quod lumina reddantur obscuriora, que ex solo celo procedunt. Item cui debetur seruitus potest nuntiare nouum opus, cũ aliquid noui fit contra seruitutem. h. d. cum. l. seq. ¶ Et nota † pro

1 intellectu glossarũ, φ lumen non dicitur, nisi vno modo, scilicet cum quis potest celum videre, prospectus autem potest dici tribus modis. Primo cum quis potest videre celum tantum. & nõ inferiora. ¶ Secundo econtra cum inferiora. & nõ celũ. ¶ Tertio cum vtrunque. Primo casu idem videtur prospectus quod lumen. nam vndecunque quis videt celum, inde habet lumen & etiã prospectum, puto tamen in hoc differre, quia si tunc constitueretur seruitus ne officiatur luminibus, nihil posset fieri per quod lumina redderentur obscuriora: secus si per illa que fierent nõ redderentur obscuriora, licet impediretur celum libere videre. nam non propter ea fieret contra seruitutem, vt patet hic in versiculo, ne luminibus. sed si constituatur seruitus ne officiatur prospectui: tunc nihil posset fieri, per quod impediretur libere celũ prospicere, quia per hoc auferretur amenitas. lumẽ ergo dicitur inquantum celum dat claritatem: prospectus autem inquantũ dat amenitatem. ¶ Secundo casu puta cum per fenestram non potest quis videre celum, sed vnam rem tantum. puta ortum, vel vi

2 neam. & iste prospectus minus continet, φ lumen, nam † hic est prospectus sine lumine sed lumen non potest esse sine prospectu. & de hoc loquitur glo. prima que dicit φ nihil debet fieri contra talem prospectum. sed contra lumen sic. Glo. est contra text. & totum econtra dicit. ĩ. l. proxi. circa fin. ibi, cum lumini. nihil debet fieri contra talem prospectum: sic nec contra lumen. Nota tamẽ glo. in. l. seq. dum dicit. φ pauper interdum dicitur plus habere. φ diues: quia magis ds sibi conseruari vnica res. φ diuiti multe. Ad quod bene facit. l. illicitas. §. etenim. de offic. presid. & hoc facit ad. q. quam format Archy. in. c. si quod clericis. de preben. lib. vi scilicet φ litere in forma pauperum. non extenduntur ad illos, qui non habent nisi collationem vnius beneficij: quia hoc vnicum lumen non debet sibi auferri. ¶ Tertio casu cũ quis potest videre celum & etiam inferiora: tunc prospectus plus cõtinet φ lumen. Nam qui seruitutem prospectus constitueret nihil facere posset, per quod impediretur quis videre inferiora vel superiora. Sed si seruitutem luminũ, posset facere illa per que impediret videre inferiora. dum tamen non superiora. i. celum. & iste est verus casus huius. l. ¶ De contrarijs autem magne glo. dic vt plene nota. per Barto. in. l. j. in fi. de no. ope. nun. & vera so. ponitur ibi in glosella refectionem. quia illa destructio inter vrbana & rustica non procedit secundum Bart. ibi: quia fundus in propria significatio. significat rusticum predium. vt. l. fundi. & l. locus. de verbo. signi.

Si arborem. Qui ponit arborẽ, per quã lumina obscurentur, facit contra seruitutem. ne luminibus officiatur: sicut si poneret parietem: si non obscurentur lumina, licet solem auferat, nisi sit locus, in quo sol sit necessarius: qui vero parietem vel arborem deponit contra illam seruitutem, nõ facit: licet locus reddatur clarior φ soleret etiam si displiceat domino pdij dominantis: secus si per talem depositionem obscurarentur lumina, que procedebãt ex reuerberatione. h. d. vsque ad. §. hec lex traditionis. ¶ Et no. φ nõ video tibi aufere, si plus do. φ tu velis etiam si tibi hoc displiceat. ¶ Item not. φ seruitus videtur imposita sm qualitatem loci dominantis. facit. š. de vsu & habita. l. plenum. §. equitũ. Paulus de Castro.

§. Hec lex. Verba obscura interpretari debẽt cõtra proferentem. Bar. Vel dic, si venditor in venditione dicat generaliter & obscure. seruitutes debere remanere in eodem statu: videtur dicere, φ rei vendite debeãtur seruitutes a vicinis: & non econtra. & est effectus. quia si reperiatur φ res vẽdita debeat alteri seruitutem. propter illa verba generalia nõ releuatur venditor, quo minus teneatur ad interesse: secus si expresse hoc dixisset. vt. ĩ. de euic. l. qui libertatem. §. penult. si autem nulli debet seruitutem, nec sibi debetur: tunc vt hic gloss. dicere in fi. φ non propter hoc potest agere ad interesse per. l. quicquid. ĩ. cõia predio. cum non sit cui debetur. Paulus.

Summarium.

1 Stipulationem esse extraordinariam, actionem in factum subsidiariam. Et an concurrere possint.

Si fistule. Qui alteri debet seruitutẽ rei debet ita vti, φ propter factum vel culpam suam, non noceat domino predij dominantis: alias tenetur actione in factum. vel ex stipulatione damni infecti. h. d. sm vnam lec. que ponitur in gl. magna. Secundum aliam, que ponitur in glo. fin. loquitur, de illo cui debebatur seruitus. Et nota quia glo. dicit hic, φ actio in factum et stipulatio damni infecti. non concurrunt. Sed Bartol. contra

1 † quia stipulatio est extraordinaria, & actio in factum subsidiaria. ideo dicit eas concurrere. per ea que habẽtur in. l. pecoribus. ad. l. aquiliam. Paulus.

Fistulam. In pariete communi nõ licet facere. vel aliquid addere per quod ipse paries corrumpatur. vel quod subducto pariete stare non posset per se Bar. Paulus.

Summarium.

1 Necessitatis causa quod conceditur, concedi vltra necessitatem non videtur.
2 Stillicidium & flumen in quo distent.

Seruitutes. In seruitutibus tigni, vel stillicidij immittendi, in missione facta, dicitur quis habere continuam possessionem. hoc primo. Item licet alicui facere id, sine quo seruitute vti nõ potest. hoc secundo. Item quantum ad iura seruitutũ realium, edificium sublatum & restitutum idem censetur: secus quo ad seruitutes personales. hoc tertio. Item dominus predij seruientis nihil potest facere, per quod fiat deterior cõditio pdij dominantis. nec econtra. Sed id per quod fiat melior facere potest. h. d. tota lex. ¶ Nota tex. in prin. ibi possideo. habẽdi cõsuetudine. pro eo quod notat Inno. in. c. j. de causa possessio. & proprieta. Item † nota in. §. si domo. in fi. φ illud quod propter ne-

1 cessitatem conceditur. non videtur concessum vltra id quod necessitas exigit. ¶ Item in. §. si sublatum. que sit ratio diuersitatis inter seruitutes reales & personales: quia in realibus edificiũ restauratum censetur idem: in personalibus non. respondeo quia personales magis diminuũt de iure dominij. φ reales, nã quilibet vsufructuarius habet partem dominij. secus si habet seruitutem realem granorum: igitur censentur personales. & ideo difficilius restaurantur φ reales, que sunt modici preiudicij. Ad hoc facit quod habetur in. l. cum filius. §. dominus. de lega. ij. l.

2 meuius. §. fundo. e. titu. Item † nota in. §. stillicidium. differentiã inter stillicidium & seruitutem fluminis. quia stillicidium est cũ cadit ex alto: flumen est cum cadit ex basso. & prima leuior est φ secunda.

Si domus. Habẽs duas seruitutes, si remittat vnam, non videtur remittere alteram. que sine remissa stare potest. h. d. text. secus si non posset stare, vt glo. Et nota hanc. l.

et vide.s.e.qui luminibus.§.j.

Summarium.

1 Verba præsentis temporis num futura contineant?
2 Indefinitam vniuersali æquipollere. Et quid si quis iuret statuta vniuersitatis seruare, de quibus intelligendum sit?

Qui edificium. Seruitus ne luminib⁹ officiat opponi potest tam pro p̄sentibus luminibus, q̄ futuris si agatur hoc expresse. Sed si pro presentibus imponatur, non comprehendit futura. Sed si simpliciter non addito verbo presentis temporis, tam presentia q̄ futura comprehendit. Item edificio quod nōdum est, sed esse speratur potest seruitus acquiri.h. 1 d.cum.l.seq. ¶ Et nota in prin.l.seq. q̄ † verba presentis tēporis non comprehēdunt futura. pro quo.l.si ita prescripsisset.de leg. ij.z.l.si ita.de auro z argen.leg. quod est verum, si possunt operari in his, que sunt de presenti: secus si in his non possent verificari: quia tūc extenderentur ad futura.vt.j.e.l.eū debere. ¶ Itē 2 † nota in versiculo, q̄ si ita. q̄ indefinita equipollet vniuersali.et ad hoc alleg.ista.l.de hoc in.l.si pluribus.de lega.ij. Et est argu. q̄ si quis iurat seruare statuta vniuersitatis, intelligatur de presentibus z futuris, si non adijciatur aliquod verbum presentis temporis. secus si dicat, statuta que nunc sunt. ita dicit Dy. per hanc.l.z si a colono.de verbo.oblig. Cy. ¶ Ultimo nota ex fin. l.arg. q̄ etiam in re nondum edificata, sed edificanda, possit heres institui z sibi legari.de hoc vide in.c.abbate sane.de re iudi. in.vj.z no.per Bar.in.l.seruos.de alt.leg.z in.l.si stipulat⁹.§.si. de verb.obli.z adde, quod not.in.c.ad audientiam.respon.ij. de eccle. edific.

Altius. Dominus domus dominantis potest eam in infinitum extollere, dummodo non faciat deteriorem conditionem domus seruientis.h.d. Paulus de Castro.

Hoc quod. Seruitus tigni immittendi nō potest deberi ei qui non habet edificium.h.d.quod est verum iure seruitutis. Sed iure pacti sic, vt.s.ti.j.l.vt pomū. Bar. Paulus.

§. **Si ex tribus.** Si dominus totius dom⁹ constituat in ea seruitutem altius non tollendi, potest ille qui non habet partem in domo, sed in pariete tantum dictum parietem altius tollere: h.d.secundum intellectum quem puto verum. Paulus.

In re communi. In re communi non potest alter ex socijs consequi per confessoriam vt aliquid faciat, vel socium a faciendo prohibeat, sed per diuisionem vel iudicium communi diuidundo succurritur, et etiam per negatoriam.h.d.tex.cum glos. Paulus.

Summarium.

1 Præscriptione fieri posse, quod pacto nequit.

Sed si inter. Pro eo quod fit ex edibus proprijs in cōmunes, vel ecōtra: potest agi negatoria.h.d.Bar. 1 Et nota gl.que dicit q̄ † p̄ prescriptionē potest fieri, quod per pactum fieri non potest: licet in fi.glo.dubitet. Sed dic q̄ istud est verum, secūdum Barto. Et probatur in.l.j.C.de seruis fugiti.z ibi not.per Cy.in tertia oppo.facit.l.longe.de diuer.z tempo.prescrip.z est ratio: quia ibi principaliter operatur.l.secundario operatur homo. Sed in pacto totum econtra, secundum eum. vel dic secundum Old.q̄ in prescriptione est cōsensus z perseuerantia eius, z sic additur consensui. Sed in pacto est consensus tantum.ad hoc facit secundum eum.C.ad vell.l.si mulier perfecte etatis.et de plus peti.l.j.z de fundo patrimo.l.vltima. ¶ Et vide Cyn. C.de serui.z aqua.l.j.in.iij.q.z adde.l.proprium.j.communia predio. ¶ Item no.in ea.glo.q̄ sicut potest quis propria authoritate destruere illud, quod fit in re sua propria, vt.l.quemadmodum.§.si protectum.ad.l.aquiliam.z.l.si vitem.§.si quid ad ianuam.j.quod vi aut clam.ita illud quod fit in re communi pro indiuiso, quod tene menti. Paulus.

§. **Si in area.** Inuito socio nō potest q̄s edificare in re cōmuni, licet sibi permittatur a dn̄o predij seruientis. Bart. Nota ergo q̄ quotiens sunt due rationes prohibitiue, vna sublata, remanet altera. facit quod no.s.de insa.l.liberorum.in prin.in glo.que incipit, cū vir. z de here.insti.z.l.si non lex eliasentia. Paulus.

Summarium.

1 Seruituti constituendæ cuilibet necessarium ne hominis factum sit? Et quæ seruitutes causam continuam, discōtinuam, & quasi continuam habere dicantur?
3 Seruitus aquæductus quandoq; continuam, quandoq; discontinuā habere dicitur. Et an possit super stagno lacuue, quæ natura sua exarescere solent, constitui? nu.3.

Foramen. Seruitus que non habet perpetuam causam, vel quasi perpetuam, prescribi non potest. hoc primo. Et illa dicitur non habere perpetuam cām vel quasi, ad cuius vsum requiritur continue factum hominis. hoc secundo. Item super eo q̄d sui natura non est perpetuum, seruitus naturalis constitui non potest. hoc tertio. Itē ratione dāni quod quis sentit ex re, cuius non debet seruitutem, committitur stipulatio damni infecti. 1 hoc quarto z vltimo cum.l.seq. Et nota † quia in constitutione cuiuslibet seruitutis requiritur factum hominis, nō tamen per hoc discernit an sit perpetua, vel non. Et hoc dicit glo. que incipit vt immissio. Sed ad vsum seruitutis non semper, sed aliquādo vt in seruitute itineris, vel haustus, qui est cum quis aquam haurit, z supra collum portat. vel supra animal, vel aque ductu. interdum vt cum quis aquam haurit, z per canalem ducit, qui canalis non duceret, nisi homo hauriret. z iste dicuntur habere causam discontinuam: z non prescribuntur, nisi tanto tempore, cuius contrario de hominis memoria non existat, vt hic.z.s.ti. j.l.seruitutes.z de aqua quoti.z esti.l.hoc iure.§.duct⁹ aque.aliquando vero nullum factum hominis requiritur, sed ipsa natura continue operatur, vt in aque ductu constituto in fonte qui continue ducit aquam sine facto hominis: vel in seruitute tigni immittendi, quod postq̄ immissum est, semper immissum remanet. z iste dicuntur habere causam perpetuā z continuam: vt.s.e.l.seruitutes, que in superficie.in princ. ¶ Interdum vero nec factum hominis requiritur, nec natura continue operatur: sed interpollatim, vt in stillicidio aque pluuialis, vel aque ductu similiter aque pluuialis. Non enim semper pluit: s; hec sunt semper apta ad recipiendum pluuiam. z iste dicuntur habere causam quasi continuam, vt hic in versiculo, aut quod. z tales prescribuntur tempore, vt dicta.l.seruitutes.s.ti.primo. 2 ex quibus patet, q̄ † aque ductus interdum habet continuam causam, interdum quasi continuam, interdum discontinuam. z ita intellige z declara gl. que incipit. z ideo ipse zc. Circa versiculum, omnes vbi dicitur q̄ seruitutes prediorum debent oēs habere causam perpetuam: z ideo quia duobus modis intelligitur. Primo, q̄ hoc est verum quantum ad hoc vt possint prescribi: al's male diceret. Nam seruitus itineris est seruitus, z nō h̄z cām perpetuā. Secundo modo vt intelligatur, q̄ seruitutes prediorū debeant constitui super eo, q̄d h̄z perpetuā cām, vt in fundo vel domo aque viue, que nunq̄ deficit. non autem sup eo, 3 q̄d sui natura deficit. vñ † seruitus aque ductus, nō pōt cōstitui super stagno vel lacu, qui sui natura vel consuetudine exarescūt z hec lec. magis congruit litere. quod est verum. Sed hec de directa seruitute: vtilis aūt bñ pōt constitui. q2 l3 tēpore, quo exarescunt restituto tamen stagno vel lacu, redeunt ad primam causam, z hec lectura probatur.j.de fonte.l.j.§.hoc interdictum. et hoc tenet Roffre.in ti.de fonte.z Barto.hic. Paulus.

Si quis edes. Si dominus predij dominantis efficiatur dn̄s predij seruientis insolidū, vel ecōtra: seruitus extinguit. sec⁹ si pro pte q̄titatiua, vel itegrali.h.d.tota.l.

Si testamento. Domus destructa potest vsq3 ad statum pristinum reparari non obstante seruitute, ne luminibus officiatur.h.d.secundum Barto. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Prædiorum dominantium pluralitas, seruitutum pluralitatem induc.nocl

duelt, non seruientium pluralitas.

5 Seruitutes vbi plures sunt, remissa vna, aut perdita, non intelligitur alia perdita aut remissa. Et quod operatur remissio expressa, illud operatur & præscriptio per temporis lapsum.

6 Possidens præcario ab alio aduersus eundem præscribere nequit, licet aduersus alium sic. Et præcarium malaq; fides præscriptioni non obsunt.

4 Libertas vt seruitus sine titulo præscribitur.

Si edes. Ex eadem edificatione potest contra vnũ prescribi libertas, contra alium, non. hoc dicit. Bartol. ¶ Nota † q pluralitas prediorum dominantium inducit pluralitatẽ seruitutum: pluralitas vero fundorum seruientium, non semper inducit pluralitatem seruitutum. vt. j. titulo. j. l. vna est via. & vide Cyn. C. de serui. & aqua. l. prima. in. ij. questio. ¶ Secũdo † nota, q vbi sunt plures seruitutes, licet vna remittatur vel perdatur, non propter ea remittitur vel perditur altera, siue debeantur vni, siue diuersis, siue vni & eidem. vt. s. e. si domus. ¶ Tertio nota ex si. coniuncto prin. q illud quod operatur expressa remissio per vnã horam, illud idem operatur prescriptio per lapsum temporis: et econtra. ita nota. in simili per glo. in. l. secũda. C. de do. promissi. ¶ Quarto † nota, q ille qui possidet ab alio precario, contra eũ non prescribit. adde quod nota. in. l. vitia. C. de acquiren. posses. Quinto nota q licet non prescribat contra eum, prescribit tamen contra alium. & sic precarium & mala fides quo ad prescribẽdum nõ nocet, nisi quo ad illum, a quo quis precario possidet. vel malam fidem habet. quod est notandum facit. l. qui bona fide. de acquirend. posses. & l. fulcinius. §. si aduersus. quibus ex causis in possessionem eatur. facit. l. j. in fin. vti possi. ¶ Vltimo † nota, q libertas prescribitur sine titulo sicut seruitus. vt. j. si serui. vendicetur. l. si quis diuturno. Nota etiam glo. an in prescribenda libertate requiratur bona fides? de quo dixi. s. ea. l. hec autem.

Summarium.

1 Libertati vrbani prædij præscribendæ, vt factũ hominis præscribentis bonaq; fides requiruntur, ita & illius rei possessio, in qua libertas præscribitur: in rusticis non æquè. & nu. 3.

2 Seruitus in alieno fundo quem dominus non possidet, an præscribi possit?

4 Iura incorporalia rei coherentia per se non possideri, sed cũ re ipsa. Et sic iurisditio cum castro possidetur, alioqui nequaq;.

6 Præscribens ius alterius occidere dicitur. Et qualiter intelligendum sit?

6 Iurisdictionem ab rege vel episcopo inferior, si quo loco particulari præscribat, an ob id regis vel episcopi iurisdictio extinguatur?

7 Priuilegio principis ius nouũ creari, absq; eo tamen quod alterius ius absorbeatur?

§. Libertas. Libertas vrbanorum prediorum, non prescribitur, nisi per illum qui predium possidet. Et ideo si post inceptam prescriptionem, desinat possidere. prescriptio interrumpitur. & in persona noui possessoris noua inchoatur. Item iura incorporalia rei coherentia per se non possidentur, sed cum ipsa re possideri videntur. h. dicit. nota. ¶ Not. q † sicut in prescribenda libertate predij vrbani, requiritur factum prescribentis et bona fides, vt. s. e. l. hec autem. & not. in. l. fin. quemadmodum seruitus amittatur. ita etiã requiritur possessio illius rei, in qua libertas prescribitur. & sic tria requiruntur. quod not. secus in prediis rusticis. nam ibi neutrum istorum requiritur: quia sola negligentia non vtentis seruitus perditur absq; eo, q prescribatur libertas, vt. l. sequitur. §. si viam. de vsucap. In prescribenda vero seruitute, requiritur indistincte possessio predij dominantis: quia ibi requiritur bona fides. & eadem ratio est, que in libertate prescribenda, vt hic. ¶ Sed † quero, an seruitus prescribatur in fundo alieno, quem dominus non possidet: vt in capitulo bone. de postula. prelato. & C. de serui. et aqua. l. penultima. in secunda lectu. ¶ Puto sic dicendum. quia aut dominus qui non possidebat ignorabat: et tunc non prescribitur: quia in tali prescriptione requiritur sciẽtia & patientia domini. vt. l. ij. C. de serui. & aqua. Aut sciebat: et tũc idẽ si prohibere nõ poterat. puta si vnus christianus, vel potẽs dñs rẽ quã possidebat. & sic nõ erat ausus dicere rẽ eẽ suã. Nam hoc casu nõ prescribitur seruus: cũ nõ sit patientia domini, qui prohibere nõ potest, nec sufficit patientia possessoris iniusti. Ita intelligo, quod nota. in dicta. l. penultima. in tertia lectu. Si autem sciebat, & prohibere poterat, patientia sibi nocet, & seruitus prescribitur: licet ipse non possideat. vt. l. secunda. C. eod. tit. que not. Bald. ¶ Secundo nota, q † licet in prescribenda libertate predij vrbani, requiratur hominis factum, vt dicta. l. hec autem. s. e. non tamen requiritur, q sit factum ipsius prescribẽtis, sed sufficit q sit factum alterius. hoc patet hic. Nam iste nouus possessor prescribet libertatem, licet ipse altius non edificauerit sed alter. Et sic ex edificatione alterius prescribet, quod not. quia magna limitatio est ad. l. hec autem. ¶ Tertio † nota ad illud, ad quod semper alleg. q iura incorporalia rei coherentia non possidentur per se, sed cum ipsa re. Ex quo patet q iurisditio, que coheret territorio & castro, non possidetur sine castro & territorio. Et ideo si ille qui castrum possidet, vel territorium exerceret aliquem actum iurisditionis in territorio, tanquam pertinentem ad iurisditionem ipsius territorij, non prescribet iurisditionem. argumen. istius. §. Secus si exerceret illam iurisditionem, non tanquam pertinentem ad illud castrum, sed ad quoddam aliud castrum suum: sicut episcopus potest prescribere in diocesi aliena, si vtatur iurisditione tanquam pertinente ad diocesim suam, vt in. c. primo. de prescript. libro sexto. ¶ Vltimo † nota gloss. que dicit, q ille qui prescribit, ius alterius occidit. quod est verum in prescribente libertatem: quia occidit seruitutem, non enim acquirit seruitutem, quam alius perdit, sed libertatem. Idem dicit gl. in prescribendo dominium: quia occidit dominium alterius, quod est verum secundum Bartol. in prescriptione longi temporis, per quam quis acquirit vtile dominium tantum, non directum, quod erat penes primum dominum. Sed illud occidit, id est, elidit. sed secus in vsucapione, per quam quis directum dominium, quod erat penes alium sibi acquirit, vt. l. traditionibus. C. de pactis. & sic non occiditur sed de vno ad alium transfertur. Et ista gloss. facit questionem. † si inferior a rege vel ab episcopo, prescribat iurisditionem in aliquo loco particulari, vtrum regis vel episcopi extinguatur iurisditio vt in iurisditione secum non concurrat? ¶ Et ista questio fuit in regno Francie de facto. & fuit deuoluta ad docto. papieñ. & videtur, q sic per istam gloss. In contrarium facit. quia ista possunt simul stare, scilicet q tempore prescripserit, & rex vel episcopus secum concurrat: quia plures possunt habere iurisditionem insolidum in aliquo loco: nõ sic in dominio. argumen. ad hoc. de admini. tuto. l. quotiens. §. final. circa fin. dum dicit, q res non facit, &c. Et. C. de offic. prec. vr. l. j. ¶ Ista questio videtur determinari per ista, que no. Inno. de offic. ordina. c. conquerente. & Archydia. e. titu. c. cum episcopus. libro. vi. ¶ In glo. que incipit hic quero. Tu latius dic, aut inferior ab episcopo vel a rege acquirit iurisditionem in aliquo loco particulari ex priuilegio principis, puta pape vel Imperatoris: & tunc rex vel episcopus secũ cõcurrunt, et vterq; potest ibi tenere iurisdi. nisi contrarium sit actum in priuilegio. ¶ Et est ratio: quia princeps intelligitur in dubio concedere priuilegium sine preiudicio iurisditionis alterius. de offic. ordi. c. licet. de verbo. signi. c. dilecto. ¶ Item, quia † per priuilegium principis ius nouũ creatur absq; eo, q ius alterius absorbeatur. ita intelligitur, quod not. per Innocen. in. d. c. conquerente. Aut acquirit iurisditionem per prescriptionem: & tunc aut erat par episcopo vel regi. vt si vnus episcopus in diocesi alterius prescribit iurisditionem: & tunc omne ius episcopi absorbet, & sibi acquirit. quia videtur ille locus fieri de diocesi sua. Argu. istius glo. & c. j. de prescrip. lib. vj. & per Innocẽ. in. d. c. conquerente. Aut erat inferior: & tunc querimus an episcopus secum concurrat: & dico q non. quia iurisditio primo loco pertinet ad prescribentem, & quousq; paratus erit iustitiam ministrare non redibit ad episcopum. hoc probatur in. c. cum contingat. de foro compet. Ita intelligitur glo. Archy. in. c. cum episcopus. de offi. ordi. libr. vj. Aut per prescriptionem absorbetur ius episcopi in totum: & dico q nõ. quia in negligentia prescribentis poterit episcopus cognoscere, & videtur prescripsisse iurisditionem inferior remanente episcopo superiore ad quem etiã appellabitur. hoc probatur de offi. ordi. c. irrefragabili. §. excelsus. facit. c. quanto. e. titu. & de offic. Archyd. c. dilecto. circa medium. tene menti predicta quia not. sunt. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Verba præsentis tp̄is ad futura porrigi præsentibus substituta.

2 Æternum sempiternum ac perpetuū qualiter differat, remissiue.

Eum debere columnam. In seruitute oneris ferēdi tenetur ille, cuius fundus seruit, reficere. Item nihil potest esse perpetuum, nisi per surrogationem. hoc dicit. Bartol. & † nota quod verba presentis temporis porriguntur ad futura substituta presentibus que censentur eadem. vt hic. & j. de conditio. & demon. l. filie. §. titia. & de do. inter vir. & vxor. l. donate. §. si donate. §. si spōsus. Sz ad alia futura penitus extranea non extenduntur vt. s. e. l. si seruitus. in princi. ¶ Item † nota differentiam inter eternum sempiternum & perpetuum. quam ponit hic glo. ad quam quotidie recurritur.

Summarium.

1 Pactum in traditione rei appositum, quàm in conuentione maioris virtutis est.

2 Actus qui præcedit vicinitas facit, vt sequi videatur, si ad actus validitatem expediat.

ET qui duas. Per pactum appositum in traditione rei sue, potest quis eam seruam facere. Sed si ponatur in conuentione de tradendo, non: sed obligat illum, cui tradit ad seruitutem consequendam. h. d. cum. l. sequen. ¶ Nota † ergo diligenter, ꝙ licet pactum appositum in conuentione, quando cōtractus a conuentione incipit, vestitur coherentia contractus sicut pactum appositum in traditione vestitur coherentia traditionis, vt. s. de pact. traditionibus. in text. et gloss. tamen adhuc maioris virtutis est pactum appositum in traditione, ꝙ in conuentione. vt hic patet. ¶ Item † nota gloss. ꝙ propter vicinitatem actus interdum qui precedit, videtur subsequi. si hoc erat expediens ad valorem actus. ¶ Ultimo secundum Bart. intellige. l. seq. quando traditio fit ex interuallo: secus si incontinenti. argumen. huius glos.

Summarium.

1 Res mobilis rei cohærens immobili pro indiuiso possideri pōt, sicut & immobilis.

2 Seruitus oneris ferendi hoc ipso imposita videtur quòd res legatur, aut alienatur.

BInas quis edes. Si edes legantur vel venduntur. videtur actum vt contignationes, vti stant ita stent. Barto. cum. l. sequē. ¶ Nota, † ꝙ res mobilis cum coheret rei immmobili, potest possideri pro indiuiso: sicut res immobiles: secus si sibi non cohereat. vt. l. pomponius. de rei vendicatio. quicquid gloss. hic dicat. ¶ Item nota † ꝙ seruitus oneris ferendi videtur imposita eo ipso, quod res alienatur, vel legatur. de quo dic vt not. per Bartol. in. l. j. de serui. legat. Paulus de Castro.

SI edes. Locus medius impediens ne vna domus possit officere luminibus alterius domus. impedit constituere seruitutem, ne luminibus officiatur. h. d. domus ergo que non potest nocere, non potest debere seruitutem, ne noceat: quia vbi non est habitus, non potest esse priuatio. hoc dicit. cum. l. sequenti. Paulus de Castro.

EOs qui. In pariete cōmuni. non potest quis facere fenestras, nisi fuerit sibi concessum. h. d. Bartol. Paulus.

Summarium.

1 Res mea vna vt alij meæ seruitutē debere nequit, sic nec tua, quæ aliquando ad me redire debet.

2 Ius in re sua qui alij iure superioritatis sibi reseruato, concedit: videtur ius eundi aditumque per eandem rem reseruasse. Et qualiter id procedat.

3 Legato domus num veniat hortus contiguus.

OLimpico. Cum alicui legatur habitatio, vel ipsa domus, ad vitam durat heredis facultas eundi per illam, sicut testator ire solebat: non tamen dicitur facultas esse seruitus. hoc. d. nota. ¶ Nota dum dicit de horreo legato ad vitam. ꝙ † sicut res mea non potest debere seruitutem alteri rei mee, ita nec tua que necessario post aliquod tempus debet ad me redire. hoc videtur hic expresse probari. quod est mirabile. ¶ Secundo no. † ꝙ qui concedit alicui ius in re sua reseruato sibi iure superioritatis, videtur sibi reseruare ius eundi, vel aditum per eādem rem, quod est verum in vltima voluntate, vt hic. ¶ Idem puto in contractibus, vt si concedo tibi vsumfructum, & habitationem in fundo, vel domo mea: videar mihi reseruasse ius eundi per illam ad aliam rem meam, sicut prius ire solebam, dum tamen hoc faciam sine magno detrimento tuo. facit. l. plenum. secundo rñs. §. de vsu & habita. & hoc contingit ideo, quia non transtuli in te totum ius: al's secus putarem. quia si rem in te pleno iure transferrem & perpetuo, non viderer reseruasse mihi ius eundi: sicut nec econtra videor tibi ius eundi concessisse per aliam rem meã, vt. j. de contrahend. emp. l. in vendendo. et hoc in contractibus: secus in vltima voluntate. vt. l. testatrix. in princip. si serui. vend. ¶ Ultimo not. † ꝙ in legato domus, non venit ortus cōtiguus. quod est verum, si fuerit actum expresse, ꝙ non veniret: vel talis ortus non erat emptus gratia domus. al's secus, vt. l. prediJ. §. balneas. & §. final. de legatis. iij. & de damno infecto. quod concluue. vel dic, ꝙ hic non fuit legata domus, sed habitatio: bene indistincte non venit etiam ortus. quia non est ita plenum legatum, sicut proprietas. ergo non est ita ampliandum. argu. in. c. Quis. de preben. in. vj. Paulus de Castro.

§. Lucius. Dominus prediJ seruientis potest in eo facere quicquid vult: dum tamen non noceat seruituti, que in ipso predio constituta est. Bartol. Paulus de Castro.

De seruit. rusticorum prædiorum Rubrica.

SEruitutes. Hic declarat que sunt seruitutes rusticorum prediorum, quarū alique sunt nominate. Secundo declarat que sit dr̃ia inter illas nominatas. Tertio declarat quod sit officium iudicis in eis. Quarto an in eodem loco possit concedi seruitus diuersis personis. & hoc facit vsqz ad. l. iij. §. qui habet haustum. ¶ Et not. gloss. in fin. huius. l. que dicit ꝙ licet quis tradiderit seruitutem, tamen adhuc dicitur seruitus danda. & sic tradens non est liberatus ab hac actione personali: cum non cadat perfecta traditio. de hoc vt in. l. corruptionem. C. de vsufructu.

Summarium.

1 Iter haustui inest tanq̃ accessorium. Et si nō valet principale quod est expressum, nec valebit quoqz accessorium quod est tacitum.

§. Qui habet. Qui concedit haustum videtur etiā iter concedere sine quo haustus esse non potest. & econtra qui concedit iter ad aquā videtur etiam haustum concedere: ad flumen aut publicum non potest quis haustum concedere, sed iter. Et si concedat haustum. non 1 valet concessio, etiam quo ad iter. h. d. ratio quia † inest in haustu tanq̃ accessorium: & si non valet principale, quod est expressum: non valet etiam accessorium, quod est tacitum, ad hoc all'. secus si tacitum & expressum essent eque principalia: quia si non valeat expressum, potest valere tacitum. argumen. l. si fideiussor. Bar. ibi plenius distinguit. quem vide ar. in prin. Paulus.

Summarium.

1 Principaliter quod sit spectandum magis, quàm accessorium.

2 Ius coquendi, vt omnes ad furnum meum veniant, si ipse acquisiui, vel ad meum molendinū frumentum cōmuendum afferant, num huiusmodi ius prædialis dicatur seruitus.

3 Seruitutis constitutioni, si persona certa inest expressa, num actum videatur vt personam illam non pertranseat.

Pecoris

Pecoris. Seruitus que pncipaliter respicit vtilitatē fundi, dicitur predialis, licet demonstrata sit certa persona cui prestari debeat tunc: tamen ad aliam personam non trāsit, siue sit successor vniuersalis, siue particularis. Item seruitus predialis acquiri non pōt, nisi per illum qui habet prediū, & fm ipsius predij exigentiam. al's non dicitur predialis seruitus. sed quidam vsufr. 1 i. quedam commoditas. h. d. vsq3 ad. l. qui sella. ¶ Et not. † potius inspici, q̄ sit principaliter vt ratione predij, q̄ quod sit accessorie, vt ratione persone. ¶ Scdo no. q̄ illa que sunt de sui natura perpetua per aliquam limitationē non finiuntur ipso iure, s3 ope exceptionis. ita intelligitur hec. l. j. in fin. fm glo. ad hoc. de 2 ver. obli. eum qui ita. §. qui ita. ¶ Tertio † no. ar. in. l. ij. fm Pet. & Cy. q̄ si acquisiui hoc ius, q̄ oēs de vicinia teneantur coquere panē in furno meo, vel portare bladū ad molendinū meū: q̄ ista non dicitur seruitus predialis: q2 non sit fm exigentiam fundi. cum furnus non indigeat, vt quis ibi panē coquat: s3 erit quoddam ius fm eos. Ex quo videtur innuere, q̄ si furnus vel molendinum deueniat ad alios, qui tale ius non acquisiuerūt, q̄ ad alios hoc ius non transeat. ¶ Sed certe ista exigētia fundi nihil aliud est, nisi vtilitas eius. Nā si de fundo nullā aliā vtilitatem habeam, nisi vt pecora mea ibi morentur, & reducantur fm casum, quem ponit glo. in hac. l. pecoris, manifestum, q̄ ipse fundus de se nō indiget de hoc. & tñ in hoc cōsistit seruitus predialis: q2 postq̄ in hoc consistit vtilitas, videtur fm eius exigentiam fieri. nec etiam tex. in. l. ergo. in fi. loquitur de exigentia, sed dicit quatenus ad ipsum fundum opus sit, id est, ad vtilitatem, que percipitur ex fundo. ¶ Et ideo videtur dicēdū, q̄ l3 ista nō sit seruitus mere predialis, q2 nō debetur a re rei: est tñ quoddā ius prediale, qd debetur a personis rei. arg. in. l. titia centum. §. titio. de condi. & de. & quod dixi. s. de serui. l. j. & ideo transibit ad quemcunq3 transibit fundus, vel molendinum. & competit pro dicto iure vtilis confessoria, sicut pro cōmoditate personali, que nō est vere seruitus psonalis, & pro alijs iuribus incorporalibus iuxta ea que dixi. s. de vsufructu. l. si quis binas. & ibi declaraui gloss. hic positam, que bene loquitur. & dic vt ibi. ¶ Sed quero 3 † in. l. pecoris. in fi. an hoc ipso, q̄ psona sit expressa videat actū, q̄ vltra illam non trāseat? Rñdeo nō, s3 ita demū, si sit expresse dictū. ita intelligit hic gl. in fi. & probat. s. de pac. l. iurisgētiū. §. pactorū. psiculo vtrū. & l. si necessarias. §. de pignore. j. d pig. ac.

Summarium.

1 Seruitutem actus habenti cur hastam erectam ferre prohibeatur? Et quid si statuto caueatur, quòd plateam cum corio grandioris animalis occupantes gabellam pendant, an qui ad manum corium habet gabellam debeat? Et quid si non vt vendat, sed ad vsum suum habeat, vt potè aduersus frigoris rigorem?

Summarium.

1 Canis animal ferox ne sit, an domesticum. & an pecudis appellatione contineatur?

Hec actio. Hec actio datur omnib⁹ quorum interest. Item pro damno dato a cane ligato, non datur, sed a cane soluto sic. h. d. Et que sit ratio. dic vt in gl. que videtur ponere duas rationes. vna est quia licitum est canem in taberna tenere: sed non ligatum, non. Pro declaratione huius dic q̄ tres sunt casus. ¶ Nam interdum dn̄s quadrupedis adhibet diligentiā ne damnū detur: vt quia ligat canem, vel tenet quadrupedē inclusum: ⁊ tunc non habet locuz hec actio, nec aliqua alia vt hic. Interdū nō adhibet diligentiā, sed culpā: ⁊ tūc silꝛ hec actio nō hꝫ locū. sꝫ actio legis aqlie, vt. s. eo. l. j. §. ⁊ gn̄aliter. Interdū nec adhibet diligentiā, nec culpā: ⁊ tunc cessat aquilia, ⁊ datur hec actio vt. l. j. in prin. ¶ Secunda ratio glo. est, q2 qn̄ canis qui est ligatus, redditur ferocior. ⁊ iō non habet locum directa actio, sed vtilis sic vt pro ferocibus animalibus. que ratio non videtur procedere: quia tunc esset ferocitas. l. j. §. ita q̄. ex natura sui generis. sed ex accidenti. ⁊ sic daretur directa. vt. l. j. §. itaq3. s. e.

2 ¶ No. tamē glos. quia † per hoc sentit, q̄ canis non sit animal ferox sed domesticum, quando ligatus non est. non tamē continetur appellatione pecudum. vt. j. ti. proxi. l. ij. circa fi.

Ex hac le. Pro vulnere vel morte liberi hoīs daꝛ hec actio. nō tn̄ estimaꝛ deformitas, vel persona. sed cetera damna. h. d. ¶ Et not. tex. in fi. dū dt amissurus. q2 si eēt vnus scriptor, q solebat viuere de scriptura, ⁊ quadrupes debilitaret sibi manū, vt de cetero scribere non posset, vt damnum estimaretur vt ꝯtinue prestaret sibi alimēta. si nollet aīal dare p noxa. simile. j. tit. prox. l. qua actione in prin. tene menti. Pau.

A Baso cum. Licet aīal meum dedit causam aīali tuo, vt me offenderet, daꝛ mihi hec actio. h. d. Et hoc iō, q2 nō prestitit causam contra naturā. Simile. s. eo. l. j. §. ⁊ gn̄aliter. ibi dum dicit, ac si equum percussisset. Secus si contra naturaz. vt. s. e. l. j. §. cum arietes. Paulus.

Ad legem aquiliam *Rubrica.*

Lex aquilia. Nota i hac. l. q̄ ille q plenī⁹ ⁊ meli⁹ loquiꝛ dꝫ derogare alijs, q̄ nō ita plene locuti sunt. Et sic Aristoteles vr̄ derogasse alijs philosophis: nō tn̄ ex hac derogatione agiꝛ iniuriarū: quia nō fit aīo iniuriandi, sed docendi, vt. j. eo. §. sed ⁊ si. circa fin. ¶ Itē no. q̄ de ijs q nō ita plene loquunꝛ nō expedit mētionem facere, postq̄ habem⁹ plenius loquētē. ¶ Item not. legē denominari ab eo q dedit cām ipsius cōdende, sicut ab autore, vt ptꝫ in fin.

Summarium.

1 Legis aquiliæ vt caput primum cōmpetat, quot necessaria sint?
2 Lex quando plura continet capita, sufficit illud allegare, quod ad rem facit. Et quid in statuto, vel instrumentis?
3 Mistum sub simplicibus contineri.

Legis. Qui seruū vel pecudē alienā non iure occidit, primo capite. l. aquilia. teneꝛ ad estimationē quāti plurimi fuit illo anno: ⁊ si negauerit tenetur in duplū. Pecudū aūt appellatione cōtinentur domestice bestie, q̄ gregatī pascūtur. canis āt q2 nō gregatim pascit nō cōtinetur, nec etiam appellatiōe fere bestie, nisi exerceat

1 opus iumētorū. h. d. tota. l. ¶ No. † q̄ tria requiruntꝛ, vt habeat locum primū caput. primo q̄ damnum sit datum in seruo, vel pecude. Secundo quod fuerint occisi. Tertio per iniuriā. Et si prima duo deficiunt, non habet locū primū caput, sꝫ tertiū. vt insti. e. §. iij. capite. Si vero deficit tertium, nec primū nec tertiū habet locum: vt. j. l. prima cū. l. se. ¶ Itē no. in dictiōe ⁊ infra.

2 q̄. † qn̄ vna lex continet plura capitula, sufficit recitare illud

quod facit ad propositũ aliis omissis. hoc verũ nisi aliter intelligi nõ posset, vt. s. de leg. l. inciuile. quod facit ad q. cum petitur edi statutum, vel instrumentum, an debeat totum edi, vel particula, que facit ad propositum, de quo dic vt not. per Bartol. de no ui. ope. nunci. in rubrica. Et tangitur in. l. fi. C. de preci. impe. offe. ¶ Ultimo † no. in. fi. ꝙ mista continentur sub simplicibus, de quo per Bar. in. l. ij. de verbo. obl. ⁊ de lib. ⁊ posthu. si ita scriptum. ¶ Item, no. ibidem ꝙ quando in vno animali sunt due nature, inspicitur benignior. Paulus de cast.

Summarium.

1 Defensionem sui de iure naturali esse. Et factum legitimè pœnam non mœreri.
2 Occidere quempiam quibus casibus liceat?
3 Magistro discipulum verberare num liceat? Et quando gratia disciplinæ magistrum discipulum verberasse præsumatur?
4 Confitens titium occidisse, an non apparentibus vllis vulneribus teneatur?

Si seruus. Hec actio locũ habet cum damnũ datur per iniuriã. i. iure nõ permittente. Secus si permittente propter defensionem rerum vel persone. Item per iniuriã dicitur fieri quoties culpa interuenit, licet non interuenerit dolus. tunc enim non solũ aquilia, sed iniuriarum agi posset. Si vero nec dolus, nec culpa interuenit, non põt agi aquilia. Item locũ habet hec actio pro damnis preteritis ⁊ futuris, ⁊ etiam si per casum datũ sit damnum, si tamen culpa precessit casum. h. d. vsq; ad. l. qua actione. §. si quis ĩ collutatiõe. ¶ No. † primo in. l. itaq; ꝙ defensio est de iure naturali. ¶ Secundo nota ꝙ illud quod legitime fit, penam non meretur. C. de adul. gracchus. ¶ Tertio † no. tres casus in quibus licitum est aliquem occidere. Primꝰ est cum quis timet damnũ rerũ suarũ, irrecuperabiliter, vt in fure nocturno, qui potest ideo occidi: quia si fugeret, non posset res recuperari: cum vt plurimum nõ agnoscantur de nocte fures. et ista est ratio secundum glo. ita debet intelligi. l. furem. ĩ. de sica. vide q̃ ibi notaui, vt exponatur, sine periculo, scilicet rerum. ¶ Secus ergo si cesset hec ratio: vt q̃ poterat cognosci, vl̃ poterat rẽ qs sibi auferre, vt no. per doc. C. de sica. l. si vt allegas. ¶ Secundus casus est quando quis timet vulnerari, vt patet in eo, qui telo se defendit, vt in fin. illius. l. cum principio. l. sed et si. Nam etiã si non timeat mortem, licitum est occidere: dum tamen cum moderamine inculpate tutele. Ita debet intelligi hic, vt differat a versiculo. Et si metu quis mortis. preterea si licitum est occidere propter metum rerum, vt dictum est, fortius propter metũ persone. ⁊ ita tenet Barto. in. l. furem. de sica. licet istum tex. non põderauerit. vbi videtur casus. ¶ Tertius est cũ quis timet mortem, vt in versiculo ⁊ si metu, que omnia vera sunt, tum tamen sibi aliter consulere non possit, vt. l. sed ⁊ si. versiculo si autem. ¶ Item † no. in. §. fin. illius. l. ꝙ licitum est magistro verberare discipulum: quia presumitur facere gratia doctrine, quod est verum, dum tamen non excedat. vt hic in text. in fine legis. ¶ Itẽ est verum dum tamen verberet in actu docendi, vt colligitur in dicto, §. fina. dum dicit, si magister in disciplina. id est, dum docet. Presumitur gratia discipline, sicut illa q̃ fiũt in ioco, p̃sumũtur fieri iocose, vt no. ĩ. in. l. iij. ĩ. de iniuri. ⁊. C. de sica. l. j. Si autem ex actũ discipline, tunc etiam liceret si precederet delictum, vel causa, vt. C. de emend. propinq. per totũ, alias secus. ¶ Itẽ tunc presumitur, ꝙ gratia discipline vel correctionis verberet ex q̃litate pcussionis, puta si recepit ip̃m p capillos, vel cũ baculo solito. secꝰ si cũ isolito. hec oĩa dicit ꝯsulẽdo Bar. ĩ ꝯsilio suo iiij. i volumi. ꝯsiliorũ. ¶ Et hec distinctio pbat in capitulo, cũ ex voluntate de sententia excõ. Et que sint persone, que possint corrigere, ibi habetur. ¶ Ultimo nota. in. l. qua actione. §. occisum. text. contra quem est glo. in. l. i. C. de confess. que dicit, q̃d † si confiteor occidisse titium, qui reperitur mortuus, nulla tamẽ vulnera apparent: ꝙ non teneor, quia confessio non conuenit rei confessate. quod videtur falsum: quia non solum potest quis occidi cum cultello, sed etiam strangulando, vel cum calce, vt in text.

Summarium.

1 Pugnas & colluctationes virtutis exercẽdæ causa, licitas esse. Et q̃d in torneamentis & hastiludijs. Et quid iure canonum? Et quid de iure longobardorum?

Qua actione patrem. §. Si qs in colluctatiõe. Casus pro damno dato in colluctatiõe vel pugna, q̃ publice exercetur grã laudis acquirẽde. vel virtutis exercende, non datur hec actio: dummodo fiat in loco pugne: ⁊ dum pugna durat. secus si extra locũ pugne: vel dũ quis a pugna recedit. Uel sic, Non punitur ille, qui in publica pugna pugnantem percutit secus si non pugnantem, vel extra locum pugne percutiat hoc dicit fm̃ Bar. ¶ Itẽ talia nõ licẽt seruis, sed filijsfami. sic. h. d. vsq; ad. §. sed ⁊ si quis. Ex hoc † patet, ꝙ tales pugne et colluctationes licite sunt de iure ciuili. Idem in torneamentis vel hastiludijs: quia talia fiunt ob publicam letitiam ⁊ gratia laudis ⁊ virtutis exercende. de iure vero canonico non licet. si mors potest interuenire: vt extra de tornea. per totũ. Nam iura canonica que fundata sunt in. l. diuina de tali laude vel virtute non curant. ¶ Si vero talia fiũt propter questum vel gratia odij, vel gratia pbationis, vt sunt duella etiam de iure ciuili non licent. ⁊ ita debet intelligi glos. fin. et multominus de iure canonico. de clerico pug. in duello. per totum. ⁊ de purga. vulga. sed iure longobardorum licita sunt in aliquibus casibus duella: vt no. x. collat. de pace tenẽda ⁊ eius viola. §. j. si quis hominem, Et etiam in regnis habentibus speciales consuetudines, per quas duella licita sunt in certis casibus. Paulus de cast.

Summarium.

1 Vulneratus, a pluribus, si ex vnius ictu pereat, qui de se mortalis non esset, an perinde is teneatur, ac si mortalem inflixisset ictũ?
2 Actio legis aquiliæ directa, vt competat, quid requiratur? Et nõ referre culpa respectu facti, quo tempore intercedat. nu. 3.
4 Statuto cauente, quod qui mortis causam dat, minus puniatur, quam qui occidit, quid de eo qui venenum miscuit, & alius ebibit, qui inde mortuus sit?

§. Sed si quis. Uulnus intelligitur mortale secundum qualitatem primi vulneris. h. primo. Item qui dat damnum tenetur hac actione directa: sed qui dat causam damni tenetur vtili, vel in factũ, q̃ loco eius succedit. h. scdo. Itẽ siue culpa sit ĩ facto, siue post factum, sufficit ad hãc actionẽ. Itẽ iperitia culpe annumeratur ⁊ etiam infirmitas, si quis plus attentauerit, quam infirmitas patiatur. hoc dicit cum. l. sequent. vsq; ad. l. Item si obstetrix. §. final. ¶ Nota † ex primo dicto, quod si plures vulnerant vnum. ⁊ ex ictu vnius perit: licet ille ictus de se non esset mortalis, si tamen propter ictus precedentes mortalis factus est, perinde tenetur, ac si mortalis esset de se. Ita intelligitur. l. Item mela. §. si plures. ĩ. eodem. et ita notat Bartol. per istum textum. ĩ. de sica. l. fina. ¶ Secundo nota † quod ad hoc vt competat hec actio directa requiritur quod damnum detur de corpore in corpus, vt cum quis proprijs manibus hominem occidit. ¶ Si vero detur de non corpore in corpus, vt cum quis porrigit venenum seruo meo, quod ipse seruus sumpsit: vel gladium, cũ dat mortẽ quo se interfecit, non enim cũ corpore suo: sed dat causam, per quam corpus serui mei leditur: tunc competit vtilis, vel in factum. Idem si de corpore in non corpus, vt cum quis excutit manus meas, in quibus habebam pecunias. Nam corpore suo dat mihi damnum, non tamen in corpore. Nam corpus pecunie non leditur ex hoc. Et his duobus casibus competit vtilis, vel in factum loco eius. ⁊ ambe sunt ciuiles ex mente. l. aquil. Si vero detur de nõ corpore in nõ corpus vt cum quis suasit seruo meo vt fugeret. Nam corpore suo non dat damnum, sed verbo: nec corpus serui leditur: sed ego. tunc datur in factum subsidiaria: ⁊ ista est pretoria. ita intellige insti. eodem. §. fina. ¶ Item † nota in. l. idem iuris. tex. cum gloss. quod non refert, an culpa interuenerit ante factum, vel in facto, vel post factum: vt hec actio competat. Item quod non debet quis attentare illud quod nequit fieri, vel non potest. alias est in culpa. ¶ Ultimo per. l. Item si obstetrix. in prin. p quã dicit † bar. cõsulẽdo prãti ciuitatis lucane. ꝙ si statutũ dt p̃stanti opem homicidio in minꝰ puniat, ꝙ ille qui occidit. ⁊ aliquis

& aliquis posuerit venenũ in ferculo alterius, quod ille sumpsit & mortuus est, quod ille non tenetur tanquam homicida, sed tanquam prestans opẽ, vt mitius puniatur vigore statuti. Ad hoc. ff. de furt. l. si pignore. §. qui ferramenta. & C. de sica. l. nihil interest. facit et l. item mela. §. si alius. ff. e. Sed adverte quia iste nõ dicitur proprie opem prestare, sed causam morti dare: vt in istis text. patet vnde non videtur Barto. bene inducere. Fateor enim. quod opem prestans mitius debet puniri. vt patet in. c. sicut dignum. §. si. de homic. ¶ Sed de dante causam mortis, sine qua mortuus non fuisset, licet proprie non debet mortem, non reperio quod mitius puniatur. Paulus de Castro.

§. **Sed & si per lusum.** Pro seruo occiso i ludo culpa iaculatoris interueniente, non sua, competit hec actio: secus si culpa serui interuenerit: quia tunc culpa cum culpa compensatur. & nisi interuenerit etiam dolus iaculatoris, qui preponderat culpe: nec compensatur cum ea. h. d. & no. summarium. & adde quod not. in. l. si mora. sol. mat. Paulus.

Item mela. Pro seruo meo occiso facto plurium ille tenetur, qui reperitur in culpa, nisi etiã ipse seruus in culpa fuerit: quia tunc culpa cum culpa compensatur. Item aliud est occidere, aliud causam morti prebere. h. d. vsque ad. §. sed si plures. Paulus.

§. **Sed si seruũ.** Si plures seruum percusserint, & mortuus sit: ille solus tenetur de occiso, cuius ictu periit, si potest hoc constare: alij vero tenentur de vulnere: si non apparet, omnes de occiso tenentur. Item in hac actione inquantum penalis est, quod vnus soluit, alterum non liberat. h. d. pro cuius intellectu vide omnino. quod not. per Bar. in. l. si. ff. de sica. & in. c. significasti. de homicid. sine quibus non potest bene intelligi iste. §. Paulus de Castro.

§. **Itẽ & cum eo.** Qui canem, quem nõ tenet, irritat: nõ dicitur prestare damnum, sed causam damni. Et ideo in factum tenetur, sed si ipsum tenebat, tenetur directa. h. d. Paulus de Castro.

§. **Legis.** Hec actio datur domino, licet habeat dominium reuocabile. quousque tamen reuocetur. Bone fidei vero possessori vel alteri, cuius interest, vel habet ius in re, nõ datur hec actio directa, sed vtilis etiã contra illum qui causam habet. h. d. tota. l. cum. l. seq. in prin. & l. liber homo. ¶ Et not. versiculum. sed & si seruus. cum glo. sua, que dicit, quod tunc agit bone fidei possessor, quando habet titulum. & adde quod not. per Bart. in. l. sicuti. §. quod si queratur. circa fi. si seruit. ven. pro declaratione huius versiculi. Item not. in. l. liber homo. arg. quod non põt quis per promissionem suam se obligare ad aliquã penam corporalem: cum non sit dominus suiipsius. vide. l. si quis reum. de custo. re. & quod ibi dixi. Paulus de Castr.

Summarium.

1 Hæreditatem dominam esse: & eidẽ actiones quæri. Et fictionem retrotrahi, & eam esse posse, vbi extrema habilia non sint.

§. **Si seruus.** Si seruus hereditarius occidatur hereditate nondum adita, competit hec actio hereditati, & per ipsam heredi postea adeunti: nec tenetur ipsam cedere legatario: licet seruus esset legatus. Sed si post aditam hereditatem occidatur seruus legatus, competit hec actio legatario, si legatum acceptat, alias heredi. Si vero seruus non occidatur, sed vulneretur etiam hereditate iacenti, licet actioni queratur hereditati, debet tamen cedi legatario. hoc dicit vsque ad. l. huic. Nota 1 † quod hereditas est domina, et sibi queruntur actiones. Item nota subtiles tex. in materia fictionis retrotractionis. Nam hic videtur quod talis fictio locum habeat etiã vbi extrema nõ sunt habilia, nec sunt omnia in eodem statu. In contrarium facit. l. fin. §. communia prediorum. Solut. dic vt plene per Bartol. in. l. si is qui pro empt. de vsuca. Paulus de Castro.

§. **Si seruus.** Ex vulnere, quod apparebat mortale, non potest agi de occiso, nisi mors ex ipso cõtigerit. Item mors retrotrahitur ad tempus vulneris. licet vulneratus statum mutauerit, nisi ex hoc cõtingat impossibilitas iuris. hoc dicit. cum. l. sequen. & iste text. etiam multum facit contra doctrinam docto. quod in fictione debeant esse omnia in eodem statu. Nam licet vulneratus manumittatur, tamen mors postea secuta retrotrahitur. Paulus.

Si dominus seruũ. Licet seruus sit per dñm occisus, hec tamen actio bone fidei possessori & creditori pro ipsorum interesse competet. Item si vnus ex coniunctis repudiat, hec actio pro re legata remanet insolidum penes coniunctum. Itẽ cum hec actio concurrit cum alia persecutoria, debet quis esse contentus alterutra. Item habenti partem in re competit hec actio pro illa parte etiam contra socium. h. d. vsque ad. l. ait lex. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Occidens seruum quem alij dare sub pœna promiserat, an ad pœnam teneatur?

Ait lex. Hec actio datur ad estimationẽ damni quanti plurimi fuit seruus occisus illo anno. hoc primo. & cõputatur annus a die vulneris, non a die mortis: cũ mors trahitur ad diem vulneris. hoc secundo. Et non solum venit damnum estimationis corporis, sed omne aliud damnũ extrinsecum, etiam quod vitare potuit illo anno dominus serui occisi: & etiam lucrũ quod acquirere potuit ex persona ipsius serui. h. d. cũ. l. se. & pro. l. inde neratius. 1 ¶ Oppo. contra. l. proinde. † quod licet occideris seruum, quẽ promiseram dare sub pena: nõ tamen tenearis ad penam. Nam aut occidisti antequam essem in mora: & tunc nõ incido in penam: quia non possum modo committere moram: & sine mora nõ cõmittitur pena: vt. l. lecta. §. sed cũ forte. ff. si cer. pet. Aut post moram: & tunc incidi in penam culpa mea, & ex illa sum damnificatus non ex facto tuo: ergo non teneris. ¶ So. dicit gloss. prima. quod loquitur quando occidisti post moram, sed illo anno non fui in mora: et tradendo seruum poteram euitare penam: licet ergo tempore mortis non possem penam euitare, quam iam incurreram: tamen quia illo anno euitare potui, venit illud damnum, sicut vtilitas quam potui illo anno percipere, licet tempore mortis non possem: vt. l. ait. l. in princ. quam solutionem not. ¶ Tu clarius dic, quod licet per moram incurrissem penam, tamen poteram purgare moram: quia non erat dies in obligatione, vt. l. qui Rome. §. flauius. de verbo. obligatio. vnde occidendo abstulisti mihi facultatem purgandi moram: et sic teneor ad penã. licet seruus mortuus sit, ff. tempus, quo poteram moram purgare: vt. l. scimus. in fin. C. de fideiu. ¶ Sol. vero gloss. loquitur, quando mora nõ poterat purgari tempore occisionis, vt quia erat dies & pena: vt C. l. magnam. de cõtrahen. & committ. stipu. ¶ Sed querit gl. sequens an liberet a pena cedendo stipulatori contra te occisorem actionem. l. aquil. & non clare soluit. dic quod aut occidisti antequam in penã incurram: & tũc quod non est necessaria: quia nõ possum amodo incurrere. vt. s. dictũ ẽ. Et id nõ teneor actionẽ cedere. sed penes me remanebit. vt. s. co. l. huic scripture. in pn. Aut postquam penam incurrit: & tunc aut non poteram moram purgare: vt quia erat dies & pena: & non liberor a pena cedendo actionem: quia etiam tradendo seruum, si viueret non liberarer, vt dicta. l. magnam. Aut poteram purgare moram: & tunc questio est dubia. Nam videtur, quod liberer cedendo actionem sicut tradendo seruũ, si viueret, vt. s. titu. i. l. i. §. si post litẽ. ¶ Sed certe ibi conueniebar ex facto alterius scilicet quadrupedis mee: vnde sicut liberor a damno prestando quadrupedem, ita cedendo actionem, quam habeo pro ipsa: vt. l. quod debetur. ff. de pecul. sed hic cum conuenirer ex facto meo, scilicet ex promissione & ex mora mea: vnde non liberor cedendo actionem: vt. C. si certum peta. l. non aduersus. & de actio. & obligatio. l. eum qui. cum auth. ibi posita. et vide quod not. per Dynum & Barto. ff. solu. matrimo. si maritus. Paulus.

§. **Si seruus.** Si seruus cum libertate institutus occisus fit, nec substituto suo vulgari, nec legitimo heredi testatoris cõpetit hec actio ad estimationẽ serui, vel hereditatis. h. d. tales enim obtinent hereditatẽ iure suo, postquam seruus institutus non adiuit secundum gloss. vnde non est ei necessaria hec actio pro hereditate. Sed quomodo potest hoc esse cum seruus sit statim necessarius heres post mortẽ dñi: Rñdet gl. quod fuit occisus in vita dñi. hoc nõ placet: quia tũc cõpeteret hec actio dño ad estimationẽ, quã trãsmitteret ad substitutũ serui, vel legitimũ heredẽ. cuius contrarium hic dicitur. ¶ Vel dic secundum glo. quod fuit institutus sub cõditione. hec est diuinatio. vñ potes dicere,

ꝙ hic non erat necessarius heres, postꝙ habebat substitutum vulgarem: quia videtur ipsi per hoc dedisse licentiam abstinendi, ⁊ fecisse eum de necessario volũtarium: vt. l. si filius heres. de liberis ⁊ posthu. secundum communem intellectum. quod ergo ibi dicitur in filio, habet locum in seruo. quod tene menti: quia est in peregrina materia, non quereres. ⁊ forte alibi melius non reperitur.

§. **Idem iulianus.** Conditio potestatiua deficiens per casum prouenientem ex culpa alterius, facit deficere legatum, vel institutionem. Sed cõtra illum cuius defectu vel culpa deficit, habetur recursus. Item spei que nondum certa est, sed ex arbitrio alterius dependet: non fit estimatio in hac actione. h. d. Et ad primum dictum semper alle. iste. §. quod examina. plene per Cynum in. l. j. de instit. ⁊ substi. sub condi. fac. ⁊ per Barto. in. l. in testamento. de condi. ⁊ demon. Paulus de Castro.

§. **Idem iulianus.** Licet tempore mortis seruus esset inutilis si tamen illo anno fuit vtilis, habetur consideratio illius temporis contra occisorem: dummodo toto illo anno fuerit in rerũ natura. Nam illius temporis, quo in rerum natura non fuit, cõsideratio non habetur. Item in hac actione consideratur illud quod quis per iudicium serui sui poterat cõsequi. hoc dicit. vsqꝫ ad. §. hanc actionem. Paulus.

Summarium.

1 Actio legis Aquiliæ quandoqꝫ persecutoria, quandoqꝫ merè pœnalis est.

2 Actione in factum, vel vtili aquil. intentata duplum, sicut in directa venire.

§. **Hanc actionem.** Hec actio datur heredi, sed non in heredem, nisi quatenus est locupletior. ⁊ cum ea concurrit accusatio legis corne. de sica. Et in cõfitentem datur in simplum, aduersus negantem datur in duplum. h. d. vsqꝫ ad. §. si quis hominem. ¶ Circa primum dictum nota, ꝙ hec actio interdum est 1 mere persecutoria: vt cum ago ad illud quod mihi deest, ⁊ tibi adest: vt si occidisti bouem meum ⁊ carnes comedisti: ⁊ tũc datur heredi ⁊ contra heredem. Et si plures tenentur, vno soluente, alter liberatur: vt. l. j. C. de condi. fur. interdum est mere penalis: vt cum peto illud quod mihi non abest, nec tibi adest: vt duplum in quo crescit per inficiationem, vel illud quanti plurimi fuit. j. annum: ⁊ tunc non datur contra heredem ante litem contesta. post sic. ⁊ ita intellige hic vt in. l. j. C. ex delic. defunc. Item vno soluente alij non liberantur. ⁊ ita intellige. l. item mela. §. sed si plures. s. e. interdũ ex parte mea est persecutoria, ex parte tua penalis: vt si occidisti mihi equum meum, cuius estimationem peto. nam tunc peto quod abest, ⁊ tibi non adest: ⁊ in hac eligitur media via. Nam inquantum penalis est, non datur contra heredem tuum ante litem contestatam: vt hic. Sed inquantum persecutoria est, si plures tenentur vno soluente alij liberantur: vt. l. j. §. si plures. s. de eo per quem fact. est. ⁊ not. in dicta. l. item mela. §. si plures. ¶ Circa vltimum dictum nota gloss. que dicit, ꝙ ille qui negauit, potest penitere ante litem cõtestatam: vt euitet penam dupli: post non. Tu dic, ꝙ etiam post, dum modo peniteat et confiteatur anteꝙ actor sit grauatus in onere probandi. Nam illud solum facit negantem teneri ad duplum: vt 2 l. eum qui. in principio. de iureiurand. ¶ Item † nota in eadem glo. in fin. ꝙ in actione in factum, vel vtili aquilia, venit duplũ, sicut in directa. de hoc vide Roffre. super actione in factum descendente ex. l. aquil. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Confessio in iudicio facta, de cuius contrario constat, an confitenti noceat: Et cui tum probatio contrarij confessionis incũbat, agenti ne, an confitenti, nu. 1.

3 Confessio extraiudicialis probationem inducit, quæ tamen in cõtrarium vicissim probationem recipiat.

§. **Si quis hominem.** Iste est not. §. confessio non nocet confitenti, cum de contrario constat per euidentiam fa- 1 cti. h. d. cum. l. seq. ⁊ princ. seq. ¶ Et intelligitur † etiam si facta sit confessio in iudicio, ⁊ post litem contestatam ⁊ a sciente. Si vero non probetur contrarium per facti euidentiam, sed alio modo: tunc distinguitur, aut facta fuit ante litem contestatam, aut post. Item aut a sciente, aut ab errante. quod dic vt nota. per Cynum. C. de confes. l. j. in. xi. qõ. vbi declarat hunc. §. ⁊ per Bartol. in. l. non fatetur. de confess. ¶ Si vero confessio emanauit extra iudicium: tunc semper potest contrarium probari. Sꝫ aliquando requiritur scriptura aliquando non, vt. j. de probat. l. cum de indebito. in fin. ⁊ not. C. de non numera. pecun. l. generaliter. Quod est verum, nisi fuerit confessus in scriptis. et scripturam suam postea negauerit, ⁊ conuictus fuerit. Nam tunc non potest contrarium probare: vt eo. titu. auten. licet. contra qui propriam. ⁊ ita intellige gloss. magnam hic circa mediũ, 2 que non vsqꝫ quaqꝫ bene loquitur. ¶ Vltimo † quero cui incũbat onus probandi an confitenti seruum se occidisse, ꝙ viuat: vel agenti, ꝙ mortuus sit. Iste text. facit pro et contra. Tu dic ꝙ hoc ipso, ꝙ confessus est se occidisse, presumitur ita esse, nisi contrarium probetur. ita intellige princip. §. quia confessio probat contra confitentem. vt. l. publia. in fin. j. deposi. ¶ Si autem probauerit contrarium: tunc aut per euidentiam facti: vt quia exhibetur seruus vnius: et non nocet sibi confessio: nec potest contrarium probari. Aut probauit per testes, ꝙ viuebat, sed erat absens, et tunc potest contrarium probari per agentẽ, scilicet ꝙ aliquo modo occisus sit. ⁊ hoc probabit per testes idoneyores. vel numero plures. ⁊ ita intellige fin. §. in glo. magna. in princip. ¶ Item quero si confessus fuisset seruum meum occidisse, ⁊ appareat ipsum mortuum. sed non abs quo. vtrum ex confessione tenear: videtur ꝙ sic per istum. §. si quis hominẽ. in fin. vbi dicitur sufficere, ꝙ a quocunqꝫ occisus sit. ⁊ ita sentiunt hic glo. ¶ In contrarium facit. l. proinde. in princip. vbi si apparet seruum mortuum sua morte, non teneris. ¶ Solut. puto sic dicendum: quia aut fuisti confessus extra iudicium: ⁊ tunc quandocunqꝫ appareat non fuisse mortuum per te: non nocet ti- 1 bi confessio. Nam † confessio extraiudicialis facit tantum probationem, vt. l. publia. in fi. depo. Sed hec probatio recipit probationem in contrarium. Aut fuisti confessus in iudicio: ⁊ tunc aut ignoranter. ⁊ dic vt. l. non fatetur. de confess. ¶ Aut scienter, et tunc aut apparet de contrario, puta confessus fuisti occidisse gladio, qui apparet mortuus sua morte: ⁊ non nocet tibi confessio. ita intelligo. l. proinde in princi. Nam hoc est notorium facti permanentis: cum ex aspectione oculorum appareat. Aut nõ probatur ita notorie, vt qꝫ apparet ipsum occisum gladio, licet per alium. nam quod alius fecerit, hoc transiuit: nec potest probari per prospectionem oculorum. et sic non est notorium facti permanentis. ¶ Et isto casu dico, ꝙ ex confessione teneris. nec releuat te probatio in contrarium: quia confessio facta in iudicio scienter, obligat confitentem. vt. l. j. C. de confessis. ¶ Et ideo non admittitur probatio in contrarium. ⁊ ita intelligo. §. istum in fi. cum glo. suis. Paulus.

§. **Si procurator.** Ex confessione facta per procuratorem ipse procurator vel administrator conuenitur. h. d. Sed an cõueniatur dominus, hoc non apparet. tu dic ꝙ aut dedi mandatum ad sic confitendum: ⁊ conuenitur dominus, vt hic in glo. in fin. quam not. pro eo. ꝙ quotidie fit in instrumentis: quia constituit quis procuratorẽ ad confitendum debitum. nam ex confessione ipsorum, preiudicabitur domino. Aut non dedit hoc mandatum: ⁊ tunc aut nullum aliud mãdatum habebat: quia erat simplex confessor. ⁊ eius confessio domino non nocet: vt. l. si defensor. in prin. j. de interro. actio. nisi dñs ratum habeat. Aut habebat generale mandatum ad agendum ⁊ defendendum: ⁊ tunc aut confitetur per modum voluntarie iurisditionis, puta nõ interrogatus, nec coactus per iudicem. vel extra iudicium: ⁊ tunc conuenitur procurator ⁊ non dominus: ⁊ ita debet intelligi hic. Aut per modum iurisditionis contentiose, vt quia coactus fuit per iudicem respondere libello vel positionibus actoris: ⁊ tunc conueniretur dñs ex hac cõfessione, nõ procurator: vt. l. non solũ. in pñ. de procu. ⁊ plene per Cynum. de confess. l. j. in. xiiij. q. ⁊ per Bartol. in. l. certum. §. sed an ⁊ ipsos. j. de confes. licet Petr. ad istum. §. videatur alium intellectum dare, iste tamen verior. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Res corrumpi quot modis dicatur?

Verbum

2 Verbum simplex compositi significationem importare. Et post specierum enumerationem consuetum clausulã generalẽ adijci.

§. Inquit lex. Iste est bonus.§.cum seq.vsq; huc exposuit verbum vsserit,qđ est in tertio capite.l.aquil.hic exponit verbum ruperit.et hoc facit vsq; ad.§.si calicem.Et primo exponit significationem compositi.Scđo significationẽ simplicis.Tertio mistim tractat,de vtrisq;.Secunda ibi.rupisse.tertia ibi,in.§.si quis vestimenta.& hoc dicit.Rumpi dicitur omne illud quod corrumpitur.Et 1 †corrumpi potest res tribus modis,scilicet cum ipsum corpus rei non mutatur,sed aliquid amittitur.Ex quo deterior redditur.Item cum ipsum corpus rei mutatur,non tamen perditur.Item & cum perditur ex toto.Primo tamen casu non competit hec actio directa sed vtilis vel in factum.Secundo vero & tertio competit directa.¶ Item adusta corrupti appellatione continentur,que premittuntur in verbis.l.aquilie,tanq̃ species,et subijcitur verbum, ruperit,tanquam genus.hoc dicit.vsq; ad §.rupisse.Et †nota,q̃ verbum, simplex,importat significationem cõpositi.¶ Item not.fin.q̃ post enumerationem specierum,solet adduci generalis clausula.Et ad hoc alleg.In qua generali non continentur species enumerate,sed ad alia refertur: vt.l.doli clausula.ff.de verbo. obligatio. & l. stipulationem. §. communes.

Summarium.

1 Percussio & vulnus quid sint? Et quid in statuto cauente de percutiente & vulnerante,singulis eorum constituta pœna?

§. Rupisse. Hic exponitur verbum, rupit, prout capitur in significatione simplicis.et dicit q̃ rumpi dicitur illud quod vulneratur vel scinditur,aut percutitur.Item vulnerari dicitur cum scinditur:percuti vero etiam cum non scinditur,sed tumor infertur.Item pro talibus tũc competit hec actio,cum damnum pecuniarium resultat:secus si sola contumelia:quia tunc iniuriarum actio tantũ locum habet.hoc dicit.¶ Et nota tria verba,scilicet rumpere, percutere,et vulnerare.primum est generalius comprehendens alia duo.Secundum est minus generale comprehendens tertium tantum.Sed ipsum tertium est speciale.Item nota ex hoc 1 differentiam inter percussionem & vulnus.Nam †percussio est tactus cutis.vel corporis cum tumore:vulnus vero est scissio cutis.vnde licet omne vulnus sit percussio,non tamen econtra. ¶ Ex hoc determinatur questio,si statutum dicit,q̃ qui facit vulnus, puniatur in tantum:qui vero simpliciter percutit,in qnquaginta.& probatũ sit,q̃ percussit non tñ,q̃ cutem sciderit vel sanguis exiuerit:non debet puniri tanq̃ de vulnere.quod est verum:nisi ex aliquibus alijs contrarium appareat.puta si testes dicunt,q̃ percussit eũ cum gladio in persona.Nam gladius.est aptus ad scindendum:vt.l.si pignore.ff.de furtis.& ad l.iulia.de vi.pub.l.penultima.§.telorum.vnde hoc ipso videtur probatum vulnus.& ita consuluit Barto.in consilio quod incipit,statuto communis Perusij.& adde quod no.per ipsum in.l. libellorum.de accusa.& quod habetur in.c.cum illorum.de sententia excommunicationis.in tex.& glo.

Summarium.

1 Impensam faciens in re aliena tanq̃ sua,num ipsam repetat?

§. Ceterum. Hic mistim tractat de ruptis et corruptis & diuersis modis corrũpendi.de quibus in.§§. precedentibus ponuntur plura exẽpla 1 vsq; ad.§.si calicem.que per te vide.¶ Et †no.§.si oliuam.q̃ ille qui facit impensam in re aliena,tanq̃ in sua,non potest repetere.ad hoc alle.de hoc dic in.l.si in area.de condi.indebi.& C.de rei ven.l.secunda.& l.domum.

§. Si calicem. Hic incipit exponere verbum, fregerit, & durat vsq; ad. l. quemadmodum.§.hac actione.et hoc dicit.¶ Qui fregit rem meam per imperitiam seu culpam suam.aut dolo:tenetur mihi.l.aquilie.hoc dicit.vsq; ad.§.si quis seruum.& primo loquitur quando fregit rem meam sibi locatam. Secundo quando rem sibi commodatam Tertio quando nec locatam, nec commodatam. Secunda ibi si cum. Tertia ibi si quis edificij.¶ Not.ex. §.si cum maritus.quod si maritus tradit vxori iocalia ad se ornandum:in dubio non videtur donare,sed commodare.Et ideo mortuo marito pertinent ad heredem mariti, & non ad vxorem:secus esset si videretur donasse.& adde quod not.per Bar.in.l.penultima.so.ma.¶ Item nota in eodem.§. q̃ constante matrimonio potest esse litigium inter virum & vxorem facit.l.non tantum.& quod ibi no.ff.de re iudi. Paulus.

§. Si quis seruum. Si ex imperitia serui mihi locati ad custodiam muli perierit seruus meus tenetur mihi qui seruum locauit,non ego sibi:licet seruus debilitatus sit.sed si prout facto alterius:tunc vtriq; nostrum tenetur:ille tam mihi pro mulo,q̃ locatori pro seruo.h.d. Paulus de Castro.

Itẽ si vietori. Qui causam prestat vt res mea rumpatur, vel frãgatur tenetur hac actione vtili,nisi preuidere nõ potuerit,damnũ.h.d.cũ.l.seq.& prin.l.se. Paulus.

Summarium.

1 Iudicis authoritate cogere possum te,vt quod in tuo positum non iure habes? Et quid si propria authoritate tollo?

2 Possidens ciuiliter ac naturaliter,an rem ipsius ingredientem propria authoritate repellere queat? Et quid si ciuiliter tantum?

3 Episcopus habẽs iurisdictionem in loco,tollit ac frangit quicquid ad impediendam suæ iurisditionis executionẽ constructũ est.

§. Si protectum. Vulgaris.§.est & semper alle.quod in alieno est,licet iure non pendeat,authoritate propria tollere vel frangere non licet,alr̃s teneor hac actione.secus si in meo,non iure posi 1 tum.h.d.Et est bonus.§.Not.†q̃ licet possim te cogere per iudicem ad tollẽdum aliquid.quod non iure positum habes in tuo, si propria authoritate facio.perinde teneor acsi iure positum haberes.& sic propria presumptio facit licitum videri ex parte alterius,quod erat illicitũ.¶ Itẽ not.q̃ illud,quod in meo nõ iure sit positum possum authoritate propria tollere.facit.l.si vitẽ.§.si ad ianuam.quod vi,aut clam.vbi omnino vide text.cum gl.Ex 2 hoc †dicimus,q̃ ille qui possidet rem ciuiliter & naturaliter,potest ingredientem propria authoritate repellere.Et idem si possidet ciuiliter tantum.nam potest repellere clandestinum ingressorem:vt.ff.vti possi.l.j.§.inductum.& ibi nota.per gloss.& Bar. Idem est si iustam detẽtionem habet.licet non possideat ciuiliter vel naturaliter:vt.l.hec autem.§.final.quibus ex causis in possessionem eatur.& nota.in.l.j.§.necessario.ff.si mulier ven.no. 3 Item †per ista dicit Innocen.q̃ episcopus qui habet iurisditionem in loco,potest tollere vel frangere quicquid constructũ est ad impediendum executionem iurisditionis.& idem not.in c.j.de immu.eccle.per istum tex.vbi omnino vide per eum:quia plura bona dicit.& adde.l.si seruus.C.quod cum eo.& quod no. in Spec.de loca.§.nunc aliqua.versiculo.xlviij.

§. Si nauis. Si nauis vnius damnũ dederit naui alterius culpa nautarũ, hec actio competit contra illos,qui fuerunt in culpa.nec refert an vi impulsus acciderit, an naue damnum dante.Et quando ad damnum fit estimatio,interesse non debet estimari,quod erat incertum,& a casu pendebat:sed quod erat certum.h.d.in effectu vsq; ad.§.hac actione. Paulus de Castro.

§. Hac actione. §.tertio capite,vsq; huc tractauit de modis,per quos damnum infertur:hic de rebus in quibus infertur ,vel personis,per quas infertur.pro morte vero animalium que numero pecudum non continentur,competit hec actio ex tertio capite.l.aquil.hoc dicit.

Summarium.

1 Defendere se ei nõ licet,qui licitẽ capi põt.Et qd si tñ se defendat, & ibidẽ occidatur,an mors pœnã aduersus occidẽtẽ desyderet?

2 Dicta in vno legis vel statuti capitulo in alio repetita censeri.

§. Magistratus. Si magistratus alicui det iniuste damnum,tenetur hac actione directa, vel vtili, aut in factum secundum qualitatem damni dati : secus si iuste fecit , nec eius culpa

vel dolus interuenit. Item verba quanti plurimi posita in primo capite.l.aquilie censentur repetita in tertio capite: licet
1 dictum non sit expresse.h.d.vsq; ad finem.l. ¶ No.†§.magistratus.in fi.quod quis pôt licite capi, non est licitum sibi se defendere. et si hoc faciat, et occidatur, nulla pena resultat. quod facit contra bannitos, qui ex forma statuti possunt capi, per quelibet priuatum: vt si aliquis voluerit eum capere: et ipse se defendendo fuerit occisus, non puniatur occidens: quod videtur hic expresse, et in.l.si seruus.C.de his qui ad eccl.confugiũt.et ibi vide per doc.
2 Item†not.fi.l.quod dicta in vno capitulo.l.vel statuti, cẽsentur in alio capitulo repetita.de quo vide plene per Bart.in.l.pretor.ff.vi bo.rap.et in.l.talis scriptura.in fi.de lega.j. Paulus.

Summarium.

1 Præscriptio.xxx.annor.in actionibus personalibus, num de iure fforum fuerit: Et extincto principali accessorium quoq; durare.

Qui occidit. Hic icipit mistim tractare de pmo et tertio capite.l.aquil.et.h.d. Qui seruum alterius licite occidit, hac actione non tenetur. Si vero seruum alterius alteri obligatum occidat, tenetur creditori vsq; ad summam crediti, si sua interest: vt quia non poterat debitum consequi, nisi per retentionem serui: tenetur debitori in eo, quod summam debiti excedit. Item quod creditor per hanc actionem consequitur in debito
1 imputatur.h.d.cum.§.se. Et†no.glo.super verbo amisit.que dicit, quod prescriptio.xxx.annorum in actionibus personalibus, nõ erat inuenta de iure fforum.que gl.frequenter alle. ¶ Item no. quod extincto principali, durat accessorium, scilicet ius pignoris. facit quod not.ff.familie ercisc.l.si pignori.et.C.de luitione pig.intelligere.et in.l.ij.et quod ibi not.per Cy.C.de iudic. Paulus.

§. **Si quis alienum.** Qui rem alienam consumit eo vsu, ad quem inuenta est, non tenetur hac actione directa, sed vtili. hoc dicit. Simile in actione de paupere. Nam si canis tuus comedit carnes meas, vel porcus farinam, non competit illa actio directa, sed vtilis: vt in.l.prima.post princip.s.titulo.j.et ibi dixi. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Culpa non vacat, qui quod euenire potest non præuidet. Et ibidẽ cautela, pro eo qui aliquem mortifere vulnerauit, vt de occiso non teneatur.

§. **In hac quoq;.** Siue dolo siue culpa quis alteri damnum dederit, hac actione tenetur.et dicitur culpam committere etiam si non intendat damnum dare: si tamen negligenter se habuit vel inaduertenter vbi debuit diligentiam adhibere. Item si ex vulnere non mortifero quis propter negligentiam mortuus sit, non tenetur vulnerans de occiso, sed de vulnerato tantum. hoc dicit
1 vsq; ad fin. ¶ Nota†quod in culpa est, qui non preuidet, quod verisimiliter euenire potest. ¶ Item nota vltimum casum, ad excusationem illorum, qui aliquem mortifere vulnerãt, et propter malum regimen moritur: vt non teneantur de occiso. est ergo cautela vt faciat videri per medicos vulnera, qui si dicant non esse mortalia, faciant redigi in scriptis dicta ipsorum, vt si postea moriatur per illas depositiones excusentur. bñ faciet etiã, iudex si personaliter accedat ad videndum vulner.avt.ff.finium regund.si irruptione.§.ad officium.et ibi dixi. Paulus de Cast.

Si putator. Qui aliquid ex alto proijciendo in loco, per quem publice transitur, aliquem leserit, siue in publico, siue in priuato, tenetur hac actione: nisi taliter denuntiauerit vt periculum euitare possit: secus si non publice per locum illum transitus erat. hoc dicit. ¶ Et nota illud ad quod alleg.quod non tenetur quis diuinare. Simile in.l.si fideiussor.in principio.ff.manda. ¶ Item nota, quod denuntiatio tarde facta, vt non prosit illi cui fit, non releuat denuntiãtẽ. Paulus.

Illud. Sicut in furto facto a familia omnes de familia reputantur pro vno, vt censeatur vnum furtum et vnica estimatio prestetur: sic et in dãno dato, ab eadem: quia subest eadẽ rõ.h.d. ¶ No.quod vbi est eadẽ rõ sit et idẽ ius, et ad hoc all'.et ẽ vulga.gl. et alle.concord.tu adde.l.fin.C.ad.l.fal.de verb.ob.l.a titio.et de transac.c.inter corporalia.ff.de iniusto testa.l.iij. Paulus.

§. **Si idem.** Iste est nota.§.qui primo vulnerat et ex interuallo occidit, de vtroq; tenetur. Si vero incontinenti, de occiso tantum: quia vulnera cum morte confunduntur.h.d. Not.ex hoc solut.questionis si sit statutum, quod qui aliquem fuerit aggressus cum armis, puniatur in centum: aliud statutum dicit, quod qui aliquem vulnerauit puniatur in.cc.modo aliquis cum armis aliquem insultauit: et ipsum vulnerauit.queritur an teneatur de insultu et de vulnere? et sic in.ccc. an de vulnere tm̃: et sic i.cc. Rñdetur per hũc.§. Aut in ipo insultu vulnerauit: et tunc de vulnere tm̃: quia insultus confunditur cũ vulnere: aut non tũc, sed ex interuallo, quod est si diuertit ad extraneos actus, et iterato rediuit ad eum et vulnerauit: et tunc tenetur de vtroq;.per istũ no.§.de quo vide quod no.per glo.et doc.C. de accu.l.que de crimine.et adde omnino, quod not.Barto.ff.de adult.l.et si amicis.§.j.Specu.in tit.de sententia.§.j.versicu.sed pone. Paulus de Castro.

Si seruum. In hac actione nõ debet res estimari secũdum affectionẽ damnum passi, sed secundum quod communiter valet. Item qui rem possidet, tantum dicitur habere, quantum valet communiter, non quantum ascendit affectio propria vel alterius. Item damnum dicitur quis pati siue perdat, quod hz, siue non acquisiuit, quod potuit. hoc.d. Et adde, quod pretia rerũ considerantur secundum quantitatem redituum, vt.ff.de leg.j.si fundum per fideicommis.et de rebus eo.l.si fundus.et.C.de rescind.vend.l.si quos. Item aliquando debet attendi in auf.de alie.et emphy.§.sanctissimas.aliquando quod potest percipi.ff.xx.vt in auf.de non alie.§.quia vero leonis.et adde quod not.in c.cum causam.de testi. ¶ Ultimo an affectio alterius sit consideranda: dic vt in.l.cum seruus.et ibi per Bartol.ff.manda.

Titio. Si seruus duobus legatus per aliquem occidatur, et alter ipsorum legatum repudiet, competit hec actio insolidum per ius accrescendi, vel non decrescendi.h.d.cum.l.se.et princ.se.

§. **Si dominus.** Actio que non potest competere defuncto, nec etiã heredi suo, nec ex eius persona.h.d.vel sic, vt magis declaretur: si seruus quem dominus cum libertate instituit, per alium mortifere vulneretur: et antequam moriatur fit effectus liber et heres: actio que competebat domino, non transmittitur ad eũ, nec ad heredem ipsius: quia non dz suipsius estimationem, sed ad coheredẽ eius pro portione hereditaria transmittitur.h.d. ¶ Ibi in tex. Iusserit supple et dictus seruus post mortem dñi superuixit.et sic effectus fuit liber, et heres postea decessit ex eisdem vulneribus relicto meuio herede: queritur an meuio competet hec actio pro estimatione serui, que incepit cõpetere dño statim illatis vulneribus, que constabat esse mortalia, vt.ff.e.l.ita vulneratus.et respondetur, quod non: quia dominus non transmisit eã ad seruum, ne sequatur inconueniẽs, quod quis petat estimationẽ suipsius ergo nec seruus ad meuium. quia non potuit plus trãsmittere, quam haberem.et iste est effectus. ¶ Aget ex transmissione sibi facta per dominum, qui licet non transmiserit ad seruũ, transmisit ad coheredem: quia cessat absurditas. et sic no.quod quando defuncto competit aliqua actio, que non potest trãsmitti ad aliquem ex heredibus non propterea ea transmittitur insolidũ ad alios, sed pro portionibus tantum hereditarijs. quod tene menti: secus in seruo communi, qui si stipulatur aliquid quod vni ex dominis acquiri non potest, queritur alteri insolidum, vt.s.de vsufructu.l.sz et si quid.§.seruus fructuarius.et in.l.proinde cum pluribus alijs.de stip.seruo. quod est notandum.et vix alibi reperies. Paulus de Castro.

Liber homo. Pro damno dato iussu alterius, tenetur mandans et mandatarius, si non habebat mandans ius imperandi: al's tenetur mandans tantum, si factum non erat atrox. Sed si erat, tenetur vterq;. hoc dicit text.cum gloss.. ¶ Et nota eam maxime in distinctione, quam ponit circa finẽ, que est bona et clara, que fuit glo. Azo.in summa, quam recitat Roffre.de verbo ad verbum, super hoc titulo: licet glo.hic non faciat de Azo.mentionem.

§. **Si quadrupes.** In hac actione nõ solũ venit estimatio rei interempte: sz etiã dãnũ, quod quis propter interitum sentit. quod tamen euitare poterat, si nõ esset interempta. Itẽ si seruus meus a te bona fide possessus per seruũ tuum, occidatur: competit mihi hec

hec actio noxalis.h.d.cum.l.se. Paulus de Castro.

Quamuis. Qui reperit alienũ animal in fundo suo dans sibi dãnum, nõ dz ipsum ledere, vel includere, sed põt ipsum sine lesione expellere, vel dño denũtiare: vt recipiat.h.d. ꝛ est pulchra.l.quam declarat Roffre.in ti.si quadru.pau.fe.di/ca.circa fin.tene mẽti qꝛ ẽm Roffre.quotidie querit a rusticis de casu huius.l. Et vide eum in tit.de pastu pecoꝝ.qui ponit.vnde habuerunt originem leges longobard.ꝛ vnde illi longobardi habuerunt originem.aliud ius est Federici. Paulus.

In lege. Si qs deleuerit testũ alteri⁹, nõ tenetur testatori hac actio/ne, sed heredi vel legatarijs sic: qui vero ipsum extraneis publicauerit, tenetur actione iniuria/rum, sed actione furti pro testamento deleto nõ tenetur: cum non habuerit animũ furandi. Itẽ cum hac actione cõcurrit actio depositi ꝛ ad exhibendum.h.d. cum.l.se. ¶ Et no.ꝙ inquantum dicit testatori non competere hanc actionem pro testamẽto deleto, debet intelligi, qñ fuit de/letum in eius vita: tunc ergo non competit pro estimatione testa menti.i.eius, quod in testõ continetur, cum possit ad testamentũ facere.ꝛ sic nõ est dãnificatus. Sed pro estimatione pgameni.ꝛ etiã salario notarij.ẽm glo. Nã oportet illam exponi iterum fa/cere, quod non fecisset: in eo vero, quod dicit heredi vel legata/rio competere: debet intelligi, qñ fuit deletum post mortẽ testa/toris. Nam si in vita, non videretur heres, vel legatarij damni/ficati: cum testator posset testamentum reuocare.ꝛ sic depende/bat ex eius arbitrio spes, quam habebam. vnde non debet esti/mari: vt.s.e.inde nera.§.ij.in fi. ¶ Item not.ꝙ non debet quis reuelare secreta aliena: al's tenetur iniuriarum. facit ad id quod dixi.j.ad exhiben.l.iij.§.penultimo. ¶ Sola.posita in.l.qui ta/bulas, in fi.est vera. Paulus de Castro.

Ob id. Pro dãno dato in rebus hereditarijs, hereditate iacente, cõpetit heredi post/ea adeunte hec actio, licet tempore damni dati non fuerit dominus.h.d. Paulus.

Summarium.

1 Superior sciens subditos delinquere ex delicto eorum tenetur.

In lege. Culpa in faciendo cõsistens, etiam si leuissima sit, punitur. hoc primo. Item pro damno dato a seruo alte/rius domino sciente ꝛ patiente, tenetur dñs.ac si ipse dedisset: cum possit eũ prohibere. hoc se/cundo. ¶ Item licet seruus vulneratus sane/tur, adhuc tamen tenetur vulnerãs pro expensis medicine, vel damni debilitationis. hoc tertio. ¶ Itez hec actio cõpetit pre/ter propositum damnum dantis: cum dabat opem rei illicite. hoc quarto. ¶ Itẽ si duo ad inuicẽ colludant, ꝛ alter damnũ recipiat, non tenetur alter, nisi appareat ꝙ damnum dederit.h. d.vsqꝫ ad.l.scientiam.§.qui cum aliter. ¶ Et nota primum di/ctum, de culpa leuissima, que consistit in faciendo. pro quo vide quod nota.in.l.si mora.soluto matrimo.ꝛ.j.de pe..l.respicien/dum.§.delinquant.per gloss.ꝛ Barto. Nota† princ.l.scientiam. 1 ꝙ dominus superior sciẽs subditos suos delinquentes, tenetur ex delicto. quod not. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Defensionẽ, quæ in alio lædendo cõsistit, stricti iuris esse, vt quo ad impunitatem, offendentem non egrediatur. Et quid si aprũ ferire volens, quod iure cõi licet, hominem feriat, an teneatur?

2 Vindictam de iure ciuili, licitam nec permissam esse. Et quid si of/fensus in recenti dolore, alium læserit?

§. Qui cum aliter. Qui se defendendo damnum dederit of/fendenti hac actione non tenetur: secus si alteri. Itẽ secus si vlci/1 scendo.h.d.notabiliter. ¶ No.†diligenter, ꝙ defensio, que con sistit in ledẽdo alium, est stricti iuris: vt sit impunita solum quo ad offendentem, non quo ad alium. Ex hoc sequitur, ꝙ si quis aliquem ledat dando operam rei illicite, de iure communi: puta quis volendo ferire aprum, ferit hominem, non teneatur. quia ferire aprum sibi licebat de iure communi. sed quando aliquis ferit illum qui se offendit, hoc non licet sibi, nisi de iure speciali propter priuilegiũ defensionis. ꝛ ideo si hoc faciendo ledit aliũ, tenetur, vt hic. quod not. ꝛ ita intellige.l.respiciendum.§.delin/quant.in fi.j.de pe.ꝛ quod ibi not.per Bar.qui alle.istum text. sed facit prima facie contra eum, nisi distinguas, vt dixi. ¶ Itẽ 2 not.ꝙ† vindicta non est permissa de iure ciuili.ꝛ ad hoc alle.iste §.ꝛ adde quod not.Bar.j.de fica.l.siue. ¶ Nota tamen, ꝙ licet vindicta non permittatur, si tñ quis in flagranti dolore aliquẽ per vindictam leserit, minus punitur.argu.C.de adulter.l.grac chus. vnde cum quidam semel aliquem vulnerasset, ꝛ vulnera/tus post eum cucurrit, ꝛ occidit: consuluit Baldus me audien/te, ꝙ non erat decapitandus, sed mitius puniendus: quia hoc facit iusto dolore compulsus: vt dicta.l.graui. Paulus.

§. Idem scribit. Filius pro parte succedens patri, potest in parte precipere illud, in quo pater eius pro ipsius munere, vel dignitate obligatus erat, siue fuerit adeptus dignitatem in vita patris, siue post mortem. Secus si pater pro illo non erat obligatus. h. dicit no. vsq; ad. §. idem Pap. & est vulgaris. & not. per† quod determinatur, ꝙ si pater tenuit filium in studio, & ipsum fecit doctorari, ꝙ post eius mortem, alij fratres non possunt recuperare expensas factas per patrem. ¶ Et idem si pro talibus expensis se pater obligasset: quia potest ille filius eas precipere. Sed si nondum perfecerat studium in vita patris, nec pater pro ipso se obligauerat, per mortem patris non potest petere a fratribus vt teneant eum in studio, vel faciant ipsum doctorari communibus bonis, sed debet hoc facere de sua tantum portione, licet Dyn. tenuerat contrarium vt no. per Bar. j. ad municipales. l. lucius. §. idem respondit. et de collat. dot. l. j. §. sed castrense. versi. plane. ¶ Ex hoc etiam patet, ꝙ alij fratres non possunt petere post mortem patris, vt eis fiant similes expense, quas pater fecit in alium, si pro illis non erat obligatus pater: vt. j. de muneribus. & hono. l. j. in fine. & ibi notat. per Dy. & Bart. ¶ Sed quid si vnus ex filijs fuit condemnatus pro maleficio. & pater soluit condemnationem, an alij filij possunt repetere post mortem patris? vide Guil. de cug. C. e. tit. l. incerti. & Bar. in. l. sicut. de pe. leg. & Bal. in aucten. si capti. de epis. & in speculo de iudicijs. §. censetur. versiculo. quod si alter ex coheredibus. cum versiculis sequentibus. vbi plene tractat materiam huius. §. Item quod econtra de lucro acquisito per vnum ex filijs, an sit cum alijs communicandum. Uide in. e. §. versicul. vt autem simplex. & Bar. in. l. titium & meuium. §. altero. de administratione tutorum. &c.

Idem papinianus. Hoc dicit, si vnus ex heredibus grauatus sit soluere totam dotem, cogitur hoc iudicio alios indemnes conseruare. Item legatum vxori derelictum in recompensationem dotis, & per ipsam non acceptatum, remanet penes illum, qui sustinet onus dotis. h.d. vsq; ad. §. finalem. vide. l. cum ab vno. de lega. ij. ¶ Et nota secundum ista iura, si maritus legabat vxori, debeat esse vxor contenta alterutro, vel legato, vel dote. hodie potest petere vtrunq; vt. C. de rei vxori. actione. §. sciendum. nisi sit dictum expresse contrarium, quod animo compensandi. vt. C. de heredibus institu. si compensandi. & no. per Bar. in. l. si cum dotis. §. si pater. solu. matrimo. Paulus de Castro.

Idem scribit. Hoc dicit, id quod vnus ex heredibus implende conditionis causa capit, non tenetur communicare cum alijs: licet ex hereditate fuerit. h.d. contra illud facit. l. nec vllam. §. idem erit dicendum. in fine sui. de petitione hereditatis. vbi talia veniunt in petitione hereditatis. ¶ Sol. petitio hereditatis datur contra heredem putatiuum, qui nullum ius habet in hereditate: ideo tenetur restituere hereditatem, & quicquid ex ea vel propter eam percepit. Sed hec actio datur contra coheredem, qui habet ius in parte. Unde non tenetur illam partem restituere, nec aliquid quod occasione illius perceperit: licet fuerit ex hereditate: si tamen non habuit titulo hereditario. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Iudex in sententia plura faciens capita, & in vno eorum pure pronuntiauit, an in alio illud modificari queat?

Item labeo. Si vnus ex heredib⁹ pecuniam hereditariam subtraxit, tenetur alteri coheredi ad restitutionem partis: si cum extraneo partitus est, tenetur communicare illud quod penes eum remansit. hoc primo. Item iudex fami. ercis. per adiudicationem vel diuisionem dirimere oꝫ controuersiā inter ptes. ꝛ ei ꝙ vni adiudicat, in ipsa adiudicatiōe seruitutē imponere potest. Sed si pure vni adiudicet, alij adiudicans seruitutē amplius imponere non potest. hoc secundo. Item hec actio cōpetit in realibus, ꝛ personalibus prestationibus. hoc tertio vsqꝫ ad. §. familie. ¶ Et † no. diligenter textum cum glo. ꝛ etiam. ꝙ si in sententia iudex faciat plura capitula diuersa ꝛ in vno capitulo aliquid pure disponat, non potest in alio capitulo modificare, quod est valde singulare, nisi in primo capitulo dixerit, saluo eo, ꝙ. ī. dicam. secundum glo. paruam, quam no. nam tunc non videtur pure disposuisse, ꝛ alle. hec gloss. ꝙ si iudex in sententia nō condemnet partem in expensis, sed reseruet earum condemnationem, potest quandocunqꝫ postea condemnare. de quo videtur casus in. l. terminato. C. de fructibus. ꝛ lit. expen. secūdum verum intellectum qꝫ ibi tenet Bart. licet alij cōtra: tamen practica est ꝙ condemnat ꝛ reseruat taxationem. Paulus de Cast.

§. **Papinianus.** Hoc dicit iudex famil. ercis. potest rē, que apud hostes est, vni ex heredibus adiudicare propter spem postliminij. ꝛ si non redeat, pecuniam, quam ille soluit, recuperat: nisi dubi⁹ euentus fuerit estimatus. prestationes etiam eius rei q̄ est apud hostes, vel non est in rerū natura, in hac actione veniunt. Itē cōtra bonorum possessores ꝛ fideicōmissarios vniuersales vel heredes eius, qui apud hostes decessit, hec actio locum habet. h. d. vsqꝫ ad. l. heredes. §. j. facit ad primum dictum. c. abbate sane. de re iudi. lib. vj.

§. **Si miles.** Inter heredes diuersarum hereditatum hec actio locum non habet. Quantum ad illum, qui conuenitur hac actione nil interest possideat, vel non possideat, vsqꝫ ad. §. de pluribus.

§. **De pluribus.** Si plures hereditates ex diuersis causis habeo communes cū vno, vel cū. plurib⁹ ꝛ fit de vna vel plurib⁹ qꝫ, hoc iudicium necessarium est ad ipsas diuidendas. Possum etiā agere de vna tantū omissis alijs. h. d. vsqꝫ ad. §. si testator. ¶ Quero quomodo intelligitur vnum iudicium. Respōdeo. id est, vna instantia, vnus libellus, ꝛ vna actio simpliciter vel in genere intentata. secundum glo. Nam per hoc videtur intentari tot actiones, quot sunt hereditates. ¶ Ex qua glossa not. ꝙ est reperire actionem in genere. de qua. dic vt not. per Cynum in. l. j. C. de actionibus ꝛ obliga. ¶ Item quero. quid si haberet hereditatem communem tecū, aliam cum titio, an possitis vos querere vno titulo? dic ꝙ nō. Sed tot sunt necessarij, quot psone: vt. ī. de aqua plu. arcen. l. supra iter. §. Cassius. ꝛ ibi notatur. Paul.

§. **Si testator.** Si testator habebat rem communem cum heredibus, pars testatoris dumtaxat venit in hoc iudicio adiudicanda, vel diuidenda. ꝙ opus fuerit etiam si partem suam propriam, ille cum quo erat communis. vendiderit. h. d. secundum verum intellectum, licet glos. multum se inuoluat. Ad hoc quod dixi de vendicatione, faciebat dubium. l. ex hereditate. ī. e. Sed solue vt in glo. finali. Paulus de Castro.

Summarium.

1. Titulus generalis, & specialis quando in vno concurrunt, magis spectatur specialis quàm gñalis. Et quid si quis totam rem hæreditariā dicat, partemqꝫ petat, in qua succumbat, an debeat res tota declarari non esse hæreditaria?
2. Sententia lata pro vno, prodest etiam ei, qui post sententiam ab eo qui obtinet, causam habet.

§. **Quod pro emptore.** Illud quod alter ex heredibus possidet titulo non hereditario non venit in hac actione. Item qui partem rei hereditarie, que ipsum contingebat, petijt rei vendicatione ꝛ succubuit, excluditur ab hac actione tam in illa, ꝙ in altera parte. h. d. vsqꝫ ad. §. an ea. ¶ No. † etiam in primo dicto, ꝙ quando in vno concurrit titulus generalis, scilicet hereditarius, ꝛ specialis, scilicet ꝓ emptore, magis inspicit specialis, ꝙ generalis. de hoc tertio textus no. in. l. ante vitium. §. ex facto. de diuersis ꝛ temporalibus prescriptionibus. ꝛ ibi not. ¶ Item no. ex secundo dicto, ꝙ si quis dicat totam rem esse hereditariam, ꝛ petat partem ipsum contingentem, ꝛ succumbat: videtur per sententiam declaratum totam rem nō esse hereditariam, vt patet in fine. §. quod intellige quo ad aliam partem, ꝙtum ad presumptionē: quia ista sententia non nocet alteri, quo ad eius preiudicium: vt etiam hic colligitur ex textu ꝛ glo. super verbo traditus. ¶ Item † not. ꝙ sententia lata pro vno prodest illi, qui post sententiam habet causā ab eo. de hoc. in. l. si a te. §. fi. de exceptione rei iudi.

§. **An ea stipulatio.** Stipulatio rei indiuisibilis, non diuiditur inter heredes pro hereditarijs portionibus, sed ad quemlibet eorū transit insolidum actiue ꝛ passiue. ꝛ etiam facto vnius heredis tenentur insolidum ad interesse omnes pro hereditarijs portionibus: ꝛ ideo debet iudicis officio cautio interponi vt ille cuius facto fuerit ad interesse commissa, conseruet alios indemnes, qui ex hoc conueniri. p. stant. h. d. in effectu, vsqꝫ ad. §. idem iuris. ꝛ declara. istos textus per. l. ij. ī. de verbo. obligat. ꝛ dic vt ibi plene notatur. Paulus de Castro.

Idem iuris. Stipulatio quantitatis diuiditur inter heredes pro hereditarijs portionibus. ex. l. xij. tabu. vno tamen non soluente pena committitur insolidum, ad quem omnes tenentur pro hereditarijs portionibus. ꝛ ideo ille cuius facto commissa fuerint cogitur alios indemnes conseruare. ꝛ si alter ipsorum totam summam soluerit, ne pena committatur repetit a quolibet pro parte. Idem si soluit ne pignus distrahatur, vel ne seruus noxe detur, quem retinere expediebat. Idem vbi quid aliud fecit, ꝙ fieri intererat: neqꝫ poterat ꝓ parte fieri. h. d. vsqꝫ ad. §. non tantum. ꝛ declara illum. §. vt plene habetur in. l. eadē §. cato. ꝛ. l. quinta. §. si sortem. de ver. ob. ꝛ. s̄. si quis cautio. si seruus. §. si plurium. ꝛc. Paulus de Castro.

§. **Non tantum.** In re cōmuni tenetur qꝫ parem diligentiam adhibere, quā in re propria, non maiorem. bene tenetur de dolo ꝛ leui culpa non leuissima. Paulus de Castro.

§. **Si incerto.** Si vnus ex heredibus impedit communem electionem propter suum dissensum, tenetur alijs ad interesse. Bald. ¶ Et no. glos. magistram que est hic ꝛ signa, que multum plene ponit, ꝙ habeant electionem in legato generis. de quo plene vide in. l. legato genera. de leg. primo. Paulus de Cast.

§. **Si filius.** Filius soluens condemnationem paternam, non videtur soluere animo donandi, sed animo repetendi, et ideo post mortem patris a fratribus repetit. hoc dicit multum not. Paulus. Quid econtra de patre soluente pro filio? dixi. s̄. eo. l. si filia. in. §. idem scribit. ꝛ ibi dedit remissiones. ¶ Gloss. opponit ad id quod dicitur de filio soluente in vita patris, quod repetit per hanc actionem. Nam videtur hic aliud, quod modo faciat tanꝙ heres. vt. s̄. e. l. puto. §. sed si dolo. ¶ Solu. dicit gloss. ꝙ speciale est in filio. dic ꝙ ratio specialitatis est: quia in vita patris videtur indirecto heres: vt in. l. in. suis. de liberis et posthum. et sic illa contemplatione videtur soluere. ¶ Sed quid si filius in vita patris aliquid furatur de bonis paternis: Utrum post mortem patris per hoc iudicium debeat restituere, vel veniat in iudicio restituendum? Nam de extraneo herede certum est, ꝙ non: vt in dicto. §. sed si dolo. Sed in filio videtur dicendum ꝙ sic per istum tex. In contrarium facit quia non dicitur facere tanꝙ heres, cum delinquat: vt. ī. de acquirend. hereditate. l. fuit questionis. ¶ Sol. de hoc dic plene. vt notatur. per Guliel. de cug. C. eo. l. incerti. Paulus de Castro.

§. **In famil. ercis. iudicio nihil debet.** Iudex famil. ercisc. nihil debet relinquere indiuisum. Item curare debet vt in rebus quas adiudicat, de euictione caueatur. Item pecunia prelegata vni ex heredibus, si non reperitur in hereditate, soluenda est pro hereditaria portione de communi: non de parte coheredum. hoc dicit vsqꝫ ad. l. in hoc iudicio. Paulus. Primum dictum declara per ea que habentur. s̄. e. l. si filia. §. famil. ercis. ꝛ. ī. e. l. in hoc iudicio. ¶ De secundo dicto dic vt. C. e. l. familie. ꝛ de verb. oblig. l. qui rome. §. duo fratres. et ibi notatur. Ex tertio dicto not. singulariter ꝙ si sint tres heredes, ꝛ testator vni ex eis prelegat. xxx. licet pecuniam non diuiserit

non dimiſerit in hereditate, tamen alij duo heredes non tenentur in ſolida.xxx.vel non tenentur inſolidum ad.xxx.Sed quilibet ipſorum ad.x.vel pro hereditaria portione.Et ſic heres cui factum eſt prelegatum, computatur in numero heredum grauatorium ad dictum prelegatum: ⁊ ſibi ipſi debet contribuere, ſicut quando prelegatur res hreditaria vni ex heredibus.Nam alij non tenentur tradere niſi partes quas habent in illa iure hereditario.quod eſt valde ſingulare.Hoc intelligo verum, quando prelegatum ſit iſto modo, puta Titium Seium Caium heredes inſtituo.¶ Item Titio prelego.Et idem ſi diceret, grauo heredes meos, vt titio coheredi ipſorum dentur centum: nam in iſtis verbis grauaminis comprehenditur ipſe Titius ſcilicet, vt tantum minus debeat habere, quantum tãgeret partem ſuam, ſi fuiſſet grauatus dare vni extraneo: Secus putarem ſi alij coheredes proprijs nominibꝰ eſſent grauati dare coheredi: quia tunc ad totam ſummam tenentur.nec debet ille computari, quemadmodum ſi eſſent grauati proprijs nominibus dare vni extraneo. Nam ipſi tenentur ad totam ſummam: ⁊ ille qui non eſſet grauatus ad nihilum, vt.ĩ.de leg.j.l.ab omnibus. In principio.⁊ in.l.ſi a Titio. vbi declaratur iſte.§.not, quem nota. Paulus de Caſtro.

IN hoc iudicio. Si iudicium ſit inchoatum cũ pluribus ex vna cauſa, in omniũ perſona ferenda eſt ſententia: nec valet ſi ferretur in perſonam vnius, ⁊ non in perſonam aliorum.h.d. ſecundum intellectum quem puto verum: licet glo.declaret male.Pone caſum.ꝙ eramus quatuor coheredes, moui hãc actionẽ ꝯtra tres petẽs hereditatẽ diuidi, ⁊ certas expẽſas vel ſumptꝰ, quos in hereditate feci: iudex vnũ de iſtis mihi ꝯdẽnauit pro parte ſua, de alijs mentionẽ non fecit.certe non valet ſententia, quo ad illum: quia debebat alios condemnare vel abſoluere.⁊ ſic eſt hic caſus de eo, ꝙ notatur. C.ſi aduerſus rem iudicatam.l.j.videlicet ꝙ ſi peto centũ, ⁊ iudex condemnet in quinquaginta, ⁊ de alijs mentionem non fecit condemnando vel abſoluendo, non valet ſententia. Predicta vera, quando ex vna cauſa vnum vel plura petuntur: ſecus ſi ex diuerſis cauſis. Paulus de Caſtro.

REm pignori. Si res teſtatoris obligata, vni ex heredibus prelegetur, de communi pecunia lui debet: non autem a coheredibus inſolidum.h.d.Paulus.ſimile.ſ.eodem.l.heres.in fine.

Summarium.

1 Actionem & retentionem habere eum, qui pro ſibi adiudicato ſoluit, Et quæ ſit ea actio? & nu.4.
2 Cohæres partem debiti recipiens, in ſoluentem ius pignoris transferre videtur. Et qualiter id intelligi debeat?
3 Ceſsione vel tranſlatione iuris hypothecæ, an perſonalis quoq; actio ceſſa videtur?
4 Hypothecaria ſine principali, an cedi poſsit?
5 Creditor in re obligata debitoris procurator eſſe cenſetur. Et qui animoſæ amplius licitatur ac ſoluit, quam debeat, non recuperat amplius ſolutum.

SI pignori. Res obligata teſtatori poteſt vni ex heredibus adiudicari, vt tamen ſoluat coheredi partem, q̃ ſibi debetur: nec cauebitur ſoluenti de euictione. Sed bene habebit retentionem, ⁊ etiã actionẽ contra debitorem, qui in eo quod ſoluit coheredi etiam ſi plus ſoluit q̃ ſibi deberetur.ſi hoc expediebat debitori.Paulus.Et eſt difficilis in textu, eſt tamen notabilis. ¶ Nota, ꝙ cum res obligata adiudicatur vni ex heredibus, qui ſoluit eſtimationem coheredi, non cauetur ſibi de euictione.⁊ eſt ratio ſecundum textum: quia nec cauetur illi, qui ſoluit eſtimationem litis.Iſta tamen ratio non eſt bona nec ſufficiens cum ille qui ſoluit litis eſtimationem eſt in culpa, quare rem nõ reſtituit.Et propter hanc cauſam ſibi cauetur de euictione, vt patet.in.l.⁊ ex diuerſo.§.petitor.de rei vend.Sed iſte cui adiudicatur, non eſt in culpa.Preterea hoc videtur contra.l.heredes. circa finem.ſ.eodem, ibi dum dicit.Item curare debet.vbi cauetur illi, cui ſit adiudicatio, ꝙ non fieret ſi ei imputaretur ſoluẽti litis eſtimationem.¶ Dic ergo ꝙ ratio eſt, quia creditor cum rem obligatam vendit, vel ius quod in ea habet non tenetur de euictione.vt.C.creditorem euict.pigno.non debere.l.j.⁊.l.ij.ſed ſufficit ꝙ probet aliqua de quibus ibi habetur per gloſ.facit de euictionibus.l.in creditore.cum ergo iſte coheres cui ſoluitur ſit creditor pro parte, ⁊ ius ſuum vendat coheredi, non tenetur de euictione obligare.¶ Secundo not.ꝙ ille cui adiudicatur pro eo quod ſoluit habet retentionem ⁊ actionẽ.¶ Sed quero quam actionem? Reſpondeo ſecundum glo.que incipit, id eſt, econtrario.ꝙ habet duplicem actionem ſcilicet hypothecariam, ſi caderet a poſſeſſione rei.Item ⁊ actionem negotiorum geſtorũ: quia vtiliter geſſit negotium debitoris.¶ Ex primo dicto no.ꝙ † coheres recipiendo partẽ debiti, videtur transferre in ſoluentẽ ius pignoris qd habebat.Hoc videtur probari.ſ.de negotijs geſ.l.fideiuſſor.Vbi dicitur, ꝙ videtur ius ſuũ vendere.ex qua venditione ipſo iure trãſfert ius qd habebat, vt.in.l.ij.C.de act.⁊ oblig.gl.tamẽ dicit, ꝙ coheres cogitur ad ceſſionẽ expreſſam.Sed nõ video ad quid ſit neceſſaria: cũ ipſo iure tranſeat in eum ius ignorãtẽ: niſi dicas, ꝙ prodeſt quo ad faciliorẽ probationẽ.Iuxta ea que notantur per Bar.in.l.iiij.§.nunc de effectu.de liberatione leg.¶ Sed tunc quero quo remedio cogetur ad hanc ceſſionem expreſſam? dic officio iudicis, vt not.ĩ.de lega.primo.l.ſi res obligata.¶ Et adde ꝙ p̃dicta probẽtur, de his qui in prior. credi.locum ſuccedunt.l.j.⁊.l.ij.⁊.ĩ.que res obligari poſſunt.l.Ariſto.Nam ibi per gloſſ.⁊ doctores ponuntur tres caſus ad ſciendum vtrum ille qui ſoluit, ſuccedat in ius pignoris.¶ Sed iſte videtur quartus ſcilicet, cum ſoluit coheres, cui res obligata adiudicatur, qui non comprehẽditur ſub aliquo de illis tribꝰ. Imo indiſtincte ſuccedit in ius pignoris.quod not.⁊ tene mẽti. ¶ Item † quero ſecundum glo.vtrum per ceſſionem, vel tranſlationẽ iuris hypothece videatur ceſſa actio perſonalis.gl. querit ⁊ tene finaliter ꝙ nõ: quia ad tranſlationem acceſſorij non venit principale: ſecus econtra.quam glo.no.quia quotidie ad eam recurritur.¶ Ex † qua habes, ꝙ põt cedi hypothecaria ſnẽ principalr.⁊ ad hoc alleg.Siĺe notantur.C.de pig.l.vſuc.⁊ ꝯtra de pign.l.j.§.cũ predium.¶ Secundũ vero dictũ glo.de ac.negot. geſtorum, probatur in dicta.l.fideiuſſor.de nego.geſt.¶ Tertio not.ꝙ ille cui adiudicatur habet actionem pro toto ex eo, quod ſoluit etiam ſi plus ſoluit quam coheredi deberetur. Quod eſt verum, ſi hoc expediebat debitori.Puta coheredi debebantur quinquaginta, qui dilapidaſſet rem obligatã, ſi penes eum remanſiſſet.Alter ſoluit ſexaginta vt penes ſe rem haberet.totum recuperabit: quia vtiliter geſſit debitori, negatum: ſecus autem ſi non vertebat debitoris vtilitas.Puto tamen ꝙ debitor poterat ab illo coherede repetere illa.x.que plus recepit.q̃ ſibi debeatur, condic.ſine cauſa.vel condic.ex.l.ſi ⁊ me ⁊ titium.ſi certum petatur, quia non debet locupletari cum aliena iactura. ¶ Quarto † not.ꝙ creditor in re obligata cenſetur procurator debitoris.quod ſingulariter nota.Et ad hoc allegatur per Ex. in.l.vſucapio.de pignoribus.Simile in vſuſfructuario, qui videtur procurator proprietarij: vt.l.j.in fi.ſ.quemadmodum vſuffruc.caueat.⁊ de noui operis nuntia.l.prima.§.fin. ¶ Vltimo nota, ꝙ ille qui animoſe licitatus eſt, non recuperabit ſi plus ſoluit, q̃ debeat.per hoc vr̃ determinari q̃ſtio, quam pridie vidi de facto.Nam quidam vendiderat laudimium rei ſue pro.x. cum pacto ꝙ ſi alius plus offerret.ĩ.menſem haberetur venditio p non facta.modo alius.ĩ.menſem venit, obtulit centum: dicebat primus emptor, ꝙ non debebat recedi a prima venditione: quia iſta erat animoſa oblatio: quia laudimium vltra.x.vel.xij. certe videtur, ꝙ bene dicat, per text.iſtum contrarium dixi.Nã aliud eſt querere, an quis poſſit recuperare illud, quod animoſe ſoluit, ⁊ ſine cauſa: ⁊ hoc non poteſt, vt hic.aliud eſt querere an poſſit recedi a prima venditione, ſi plus offeratur, q̃ res valeat.et dico ꝙ ſic: quia tantum cenſetur valere, quo ad illum, qui offert: quia forte habet affectionem, que affectio in tali licitatione admittitur, vt.ſ.de minoribus.l. ſi in emptionem. Vbi videtur caſus in ratione ſui, et ita fuiſſet obtentum: niſi quia primus hoc videns, ꝙ ſe defendere non poterat. obtulit centum et quinquaginta: et ſic eorum altercatio ceſſit in vtilitatem venditoris. hoc intendit iſta.l. multum ſubtiliter. Paulus de Caſtro.

FVndo mihi. Iura ſepulchrorum inter heredes non diuiduntur: ſed cuilibet eorum competunt inſolidum: fundus autem in quo eſt ſepulchrum bene diuiditur per hanc actionem: nec cogitur alter ex coheredibus partem ſuam, vel partem coheredis emere.hoc dicit.in effectu iſta.l. Paulus de Caſtro.

SI seruus. Casus superueniens non tollit actionem iam quesitam ex negotio vtiliter gesto. h. d. Bald.

Cum pater. Bona indiuisa remanent cōmunis nisi fuerint vni adiudicata: vel sint accessoria rerum diuisarum aut adiudicatarum. h. d. Baldus.

SI pater familie. Non tenetur vnus heres alteri aliqd prestare, nisi vice versa prestetur quod sibi debetur. h. d. Paulus. vtriusq; iur. doctor.

SEruos. In dubio vr̃ estimari res, non dubius euēt?: z iō nisi spes eueniat estimatio nō soluit. h. d. no. tex. cū gl. ℭ Pau. facit. l. ꝓpter spem. ſ. eo. Item facit ad ea que notantur per bar. in. l. cotem ferro. §. qui maximos. ſ. de public. Paulus.

Summarium.

1 Dotem censeri, siue pater quid genero suo in eam causam det, siue filiæ vt ipsa det genero.
2 Filia in dote quam pater genero dat, an hæredem habeat.

POmponius. Si pater filie in potestate ꝯstitute aliquid donat ex cā dotis, scꝫ vt i dotē tradat, vꝫ donatio: z in eā trāsfert dn̄ium z possessionem. Nec tenet filia illud cū frībus ꝯferre, si fcm̄ est testamētū, z de ꝯferēdo nō sit grauata. h. d. notabiliter. Paulus. Et est lex vulgaris doctorū z aduocatorū. Not. 1 †q̄ siue pr̃ det gn̄o, siue det filie, vt gn̄o det, dicit esse dos. Idez in donatiōe ꝓpter nuptias. C. de collationibus. l. vt liberis. z de donationibus ante nuptias. in authen. eo. de cursu. differunt tn̄ isti modi tradēdi. Nam qn̄ pater dat gn̄o: tūc licet sit dos, tn̄ nō videt filie donare. Unde dicit dos profectitia, z licet cōis sit actio pr̄is z filie: tn̄ solus pr̄ agit, z sibi soli reddit cū volūtate filie exp̄ssa vel p̄sumpta: vt. ſ. so. ma. l. ij. §. qd si in pr̄is. z. §. volūta- 2 te. z. l. nō solū. Itē †in tali dote filia nō hꝫ heredē imo, lꝫ decedat liberis relictis: tn̄ redit ad patrē de iure cōmuni: vt i. l. dos a patre. sol. mat. cū ibi nota. Sed qn̄ tradit filie, vr̃ sibi donare, z in eā trāsfert dn̄ium: vt hic. vn̄ si filia decedat viuo pr̄e relictis liberis, succedūt sibi in dote, tanq̄ heredes, et idē est, qn̄ dedit gn̄o, sed fuit stipulatus reddi filie tacite vel exp̄sse: aut ipsa filia de patris volūtate. Nā etiā his casibus donasse videt z filij tanq̄ heredes succedunt etiā si decedat viuo patre. Ita intelligit. l. inter socerū. §. cū inter. de pactis dotalib?. scd̄ꝫ verū intellectū. z. l. post dotē. ſ. sol. ma. scd̄m vnā lec. z ibi vide oīno Bar. In quarta. q. ℭ Predicta vera in donatione, q̄ fit ob cām dotis. de simplici vero donatione facta in filiū: dic vt. l. ij. C. de inof. don. z de coll. l. emācipat. Si vo ꝯcedat in peculiū: dic vt. C. e. l. incertū. Si vo dubitatur an donauerit, vel in peculiū cōcesserit: dic vt notatur per Bar. in. l. fi. ſ. de pecul. leg. z. C. e. filie. cuius.

CUm putarem. Sentētia iniusta vel sup erronea petitiōe lata, facit ius inter partes: nec potest retractari. ad hoc alle. Pau. facit. l. preses. de re iudi. z extra eo. capitulo, cum inter vos. z ista. l. est vulgaris sicut precedens.

QUi familie. Ista. l. legit duobus modis scd̄m gl. Et tertio mō extra gl. Scd̄m primā lect. h. d. Si aliqs in libello ꝯfitet p errorē, nō p̄iudicat sibi, si ꝓbetur ꝯriū vsq; ad sn̄iam. h. d. Paul?. z ꝯiūge tūc primā z scd̄aꝫ expositionē simul, ista lectura est vera in se, dꝫ tn̄ distingui inter errorē iuris z facti, vt notat in. l. nō fatet. de ꝯfessis. z adde ad istā qd no. in. l. edita. C. de edendo. Sed hec lectura nō ꝯgruit litere: q2 p̄supponit q̄ ille q agit hac actiōe fateat aduersariū coheredē, cui? ꝯriū dt tex. exp̄sse. ℭ Secūdū secūdā lec. h. d. Cōfessio facta in libello, nō nocet cōfitēti an̄ lit. ꝯtestatā: q2 pōt libellū reuocare. h. d. Paulus. ℭ Istā lectu. videt approbare Bar. in. l. ex hac scriptura. de donatiōib?. ꝓbatur ēt. C. de appellationib?. l. si libell?. post litē vo ꝯtestat. p̄iudicat sibi. si sciēter ꝯfessus fuit: nec pōt reuocare, vt. C. de liberali. cā. l. cū ꝓtor pretiū. z qd notat i. l. lana. de oī agro deserto. lib. xi. facit qd notat gl. de cōfessis. l. vnica. in fine mag. gl. hec lect. licet in se sit vera: tn̄ laborat eodē morbo cū prima lectu. ℭ Un̄ legit tertio mō plene prout litera iacet, q̄ ille q petit hereditatē diuidi nō fatet aduersariū eē coheredē. qd itellige siue sciēter, siue ignoranter agat. ℭ Ex hoc sequit, q̄ si ipse possidebat totam hereditatē, z egit hac actione ꝯ illū, q nihil possidebat, q̄ qn̄cunq; an̄ sn̄iam pōt petere, q̄ nihil adiudicetur aduersario: nisi se heredē ꝓbet: vt. l. j. ſ. e. nec releuat aduersari? ab ista ꝓbatione propter libellū agentem, postq̄ nō videtur eum fateri heredem, secus esset si fateret, potest ergo qn̄cunq; ante sn̄iam desistere. Sed aduersario cōdemnabitur in expensis, tanq̄ temere litigans. ſ. de iud. l. si destitisse. z. l. eum quem temere. nec cogitur aliquem errorem probare. z in hoc differt a prima lectura: si tamen permittat ferri sententiam, p̄iudicat sibi: vt. ſ. l. proxima. ℭ Item sequitur, q̄ si pereat instantia lapsu triennij, vel aliquo modo, non nocet sibi egisse. Sed si videretur fateri aduersarium heredem, tunc noceret: quia licet perempta esset instantia, tamen illa confessio remaneret valida: vt in. c. pisanis. de restitu. spolia. vbi hoc not. z probatur. z quod not. per Innocen. c. per inquisitionem de elect. z de testib. veniens. per Archid. xxx. questione. v. iudicantis. z tene menti istam lecturam quia est no. z nunc intelligit medulitus. facit quod notat Cyn. C. de probat. exceptionem. in. ij. questione. vbi allegando hanc. l. videtur eam sic intelligere, prout iacet, sed non declarat aliud.

Summarium.

1 Diuisionem quoad reditus, & prouentus inter minores fieri posse, quoad dominium non posse.

LUcius. Licet vnus ex heredibus plus perceperit de reditibus communibus q̄ alter, si tamen non vltra q̄ ipsum contingat, non tenetur per hanc actionem rescindere. h. d. ℭ Et intellige quando residuum, quod pertinebat ad alterū, qui minus percepit, siue perceptū per aliuꝫ extraneum: siue culpa illius, qui plus percipit: al's tenetur qui plus percepit communicare illud, qd habet. Ita intelligo. l. Itē labeo. in prin. ſ. e. l. licet gl. hic va- 1 cillet. ℭ Itē †no. hic tex. cum glo. q̄ inter minores pōt fieri diuisio quo ad reditus z prouētus licet nō quo ad dominium. adde qd no. in. l. iubemus in prin. de sacr. san. ecel. Paulus.

EX parte. Impēsa facta in lite cōi recuperatur pro parte cōsortis, tam per exceptionē q̄ actionē: dum modo totā illam expensam, pro parte sua non fuisset factur?. h. d. ℭ Et no. tex. cum glo. q̄ si aliquid expendo q̄ sit in tui vtilitatē, si tamen illud fecissem absq; vtilitate tua, a te non recupero zc.

Summarium.

1 Collationem hodie, & testamento, & abintestato fieri posse.

§. Intestato. Non solum voluntas testamenti sed etiam codicillorum facit cessare collationem dotis, si inter coheredes omnia bona sint diuisa 1 h. d. hodie †vero ex testamento z abintestato fit collatio, nisi contrarium sit dictum expresse, vt in auf. ex testamento. C. de colla. Item videtur hic expressum, q̄ diuisio facta per patreꝫ inter filios, non habeat vim testamenti, vel institutionis. de quo dic vt l. quotiens. C. e. ti. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Executor testamenti, num executioni legata quæ mero iure non debentur, sed æquitate aut iure naturali, tantū mandare possit.
2 Executor testamenti reddere non cogitur, quod legitimè expendit.

§. Seruo. Legata naturalr̃ tantum debita non ciuiliter, ad que potest quis cogi per officium iudicis soluta non repetuntur: nec executor qui ipsa exp̄ 1 dit, tenetur reddere. h. d. Et not. †quia videtur hic casus, q̄ executor testamenti possit executioni mandare legata, que mero iure non debentur: sed ex equitate vel iure naturali, secundum baldum. Sed hoc verum si poterat super illis implorari iudicis of- 2 ficium, vt patet hic in text. z gloss. ℭ Item not. †q̄ executor nō tenetur reddere quod legitime expēdet. ℭ Sed quid si aliquid sibi remansit de eo, quod expendere debebat: dic q̄ reddere tenetur: vt. ſ. manda. l. creditor. §. si inter. z de do. inter vir. z vxo. si mulier. z de alimen. lega. l. solent. circa medium. Paulus.

Summarium,

Summarium.

1 Expenſas factas à patre pro vno filiorum in ſtudijs non repetit alter. Et fratres licet inter ſe communia habeant bona, ſocios tamen non dici, niſi expreſsim actum ſit.

§. **Filius.** Frater nõ tenet cõferre ad debita alteri⁹ fr̃is poſt mortẽ pr̃is ꝯcta, niſi ſint ſocij oĩz 1 bonoꝝ.bal. ¶ Et† eſt tex.in fine.cũ gl.de eo qđ dixi.ſ.e.ſi filia.§. idẽ ſcribit, vz ꝙ ſi pr̃ fecit expẽſas ſtudij ꝑ vno filio, nõ põt alter petere, ꝙ idẽ ſibi fiat de bonis cõib⁹. ¶ No. ꝙ lz fr̃es habeãt bona cõia non dicũtur ſocij, niſi expreſſe ſit actũ. Paulus.

§. **Duos filios.** Extincto legato ĩ re ꝑncipali, extinguit ĩ acceſſorio.h.d.

§. **Pater.** Debitũ ꝯctũ ꝑ vnũ ex filijs iuſſu pr̃is ꝑ ipm tm̃ filiũ ſoluẽdũ eſt, ſi pr̃ hoc pri⁹ ordinauerat.h.d.ſec⁹ ſi nõ ordinauerat: vt.ſ.e.ſi filia.§.primo. P.

Summarium.

1 Actio quænam locum habeat inter hæredem & fideicommiſſariũ poſt hæreditatis partem reſtitutam?

Si ex aſſe. Inter fideicõmiſſariũ ⁊ heredem poſt partẽ h̃reditatis reſtitutã, hz 1 locũ hec actio vtilis.h.d. ¶ Quero† quare non directa iſpecta ꝑſona heredis, ſicut vtilis inſpecta ꝑſona fideicõmiſſarij? rñdeo q2 vtilis ꝓcedit ex mẽte.l.q̃ ꝯuenit vtriq3. Sz directa ꝓcedit ex ꝟbis, q̃ nõ ꝯgruunt niſi heredi. Paulus.

Summarium.

1 Sententia plura complectens capita, in vno valere, & in alio poteſt non valere. Et ſic pro parte appellari, & pro parte non. Et appellationem nullitatis cauſam deuoluere.

2 Appellationi renunciare non videtur, qui vni capiti ſententiæ acquieſcit. Et quid ſi ſententia fuerat nulla?

3 Iudex an per aſsignationem inter filios libertorum diuiſionem facere poſsit?

Quedam. Iſta eſt vna de vulgarib⁹ legi. Iſti⁹ tituli ⁊ all. ſimul cũ.l.carmelia ꝑia.de iure pa.h.d. iudex famil.erciſcund. nõ põt cogere libertos diuidere: ꝙ ſi faciat, quo ad hoc 1 nõ vz ei⁹ ſnĩa: lz in alijs poſſit eſſe valida.h.d. ¶ Not. ꝙ† cũ ſnĩa ꝯtinet plura capitula diuerſa põt in vno valere, ⁊ in alio nõ: ſec⁹ ſi vnũ tm̃, vt.ſ.e.in hoc iudicio. Itẽ põt ꝓ parte appellari ⁊ pro parte nõ: ⁊ in parte ꝯfirmari ꝑ iudi.appellatiõis, ⁊ in parte infirmari. hoc totũ ꝓbat hic. ⁊ in.l.carmelia pia.ĩ.de iure patro. ⁊ in.c.Raynald⁹.de teſt. ¶ Itẽ ꝙ appellatio deuoluit cãm nullitatis ad iudicẽ appellatiõis ſicut cãm iiuſtitie. Nã hic fuerat appellatũ, ⁊ iudex appellatiõis ꝓnũtiauit ſnĩam nullã in parte. de hoc dic. vt plene no.ꝑ Bar.i.l.ſi expſſim.ĩ.de app. ¶ Itẽ no. ꝙ 2 † lz qs pareat in vno capitulo, in quo nõ appellauit: nõ ꝓpterea vr̃ renũtiare appellatiõi in alio capitulo. Nã hic appellauerat a diuiſiõe libertoꝝ, ⁊ in alijs obtẽperauit in eo, in quo appellauit q2 tũc videt renũtiare appellatiõi: vt.l.ad ſolutionẽ.C.de re iud. Sed qd ⁊ ſnĩa ſit nulla ſi pars obtẽperet? rñdeo ĩ eo, in quo obtẽperat ſeruat ſnĩa iure. puta nõ ex vi ſnĩe: vt.C.cõia vtriuſq3 iudicij.l.ij. ⁊ no. in.l.j.q ꝓ ſua iuriſditiõe. In alijs aũt capitulis diuerſis, qb⁹ nõ obtẽperauit, nõ: puta q2 vr̃ ꝯfirmari ſnĩaz iure pacti ar.hui⁹.l. ⁊.ĩ.de iti.actuq3 ꝑua.l.j.§.iulian⁹. ⁊.C. ne vxo.pro ma.l.fi. ⁊ ar.in c.auditis.de ꝑſcrip. ⁊ qđ ibi not.ꝑ Inn. ⁊ de deci.c.ex parte. ⁊ in.c.cũ ꝯtingat. ⁊ ita pridie dicebã de fcõ cũ lata eſſet q̃dã ſnĩa nulla, ꝙ iure pacti videbatur cõfirmata: q2 in vno capitulo fuit obtẽperatũ: iõ petebat executioni mãdari in alijs. ¶ Cõtrariũ dicebã quo ad alia capitula: ⁊ ita fuit ꝓnũtiatũ per vnũ magnũ magiſtrũ. ⁊ ipſe taliter erat deliberat⁹ in cõtrariuz: 3 ſed qñ audiuit iura ⁊ rõnes mutauit opinionẽ. ¶ Vltimo† no. ꝙ licet iudex non poſſit diuidere libertos aſſignando vnum vni, alterum alteri: de qua diuiſione loquitur hec.l. tamen pater qui ſeruos manumiſit bene poteſt hanc diuiſionem facere inter liberos ex prouiſione ſenatuſcon.ĩ.de aſſig.liber. per totũ. ⁊ no.C.ea.l.liberi. Paulus de Caſtro.

Si ita legatum. Legatuz preceptionis poteſt fieri per modum actionis ⁊ exceptionis.h.d.

Arbitrium. Vnus petens diuiſionem prefertur multis volentibus diuidere. Bald.

Summarium.

1 Actio familiæ erciſcundæ & communi diuidundo inter ſe qualiter ſe habere dicantur?

Inter. Pro rebus hereditarijs diuidendis non ſoluz competit hec actio, ſed etiam actio communi diuidundo. Pro rebus vero non hereditarijs licet in hereditate reperiatur, hec actio ſola competit hoc primo. Item pro rebus adiudicatis competit actio et exceptio. hoc ſecundo. Item ſi vnus ex heredibus plus retinuit ex precio rei hereditarie, q̃ debebat, reſtituere cogitur. hoc dicit 1 tertio vſq3 ad.§.fructus. ¶ Nota, ꝙ† actio familie erciſcunde ⁊ communi diuidundo, ſe habent vt excedentia ⁊ exceſſa. Nam communi diuidundo datur pro omnibus rebus qualitercunq3 communibus. Sed famil.erciſcund. pro communibus iure hereditario tantum, ⁊ in hoc exceditur ab illa. ⁊ econtra hec datur etiam pro rebus non communibus, in hereditate cum repertis: ſicut in illa. ⁊ in hoc illa ab iſta exceditur. ſimile nota.in.l.certi condictio.ĩ.ſi cer.pet.

§. **Fructus.** Fructus percepti per vnum ex heredibus ante aditam hereditatem ⁊ anteq̃ ſciret ſe heredem, non veniunt in hoc iudicio directo, ſed vtili. hoc dicit. Et nota glo. que tenet, ꝙ bone fidei poſſeſſor conuentus hac actione, tenetur reſtituere fructus conſumptos, ſi ex eis factus ſit locupletior: ſicut conuentus petitione hereditatis: quia ambe ſunt vniuerſales. ſecus in conuento actione particulari, vt rei vendicatione, vt.ſ.titu.j.l.iiij.§. ⁊ poſt litem. ⁊ ibi nota. ⁊ ſic eſt hic gloſſ. de eo, quod pet. videtur ſibi appropriare.in.l.certum.C.de rei ven. Bar. autem aliter dicit.ſ.de rei vend. ⁊ ex diuerſo. Paulus de Caſtro.

§. **Quod ex facto.** Quod vnus ex heredibus patitur propter factum ſuum, ſibi imputatur: ꝙ autem propter factum alterius, repetit ab illo. Item ſtipulatio diuiditur actiue ⁊ paſſiue, ⁊ ex officio vnius alter non tenetur. hoc dicit vſq3 ad.§. vſuffructus. Bald. ¶ Et nota argumen. ꝙ ille, qui patitur repreſalias propter factum tertij, repetit ab illo. ⁊ idem ſi vnus ex heredibus frangit pacem, vt propter hoc alij conueniantur, vt nota. per Iac. de Are.in.l.ij.de verb.obli. facit.ſ.eod.titu.here.§.p.

§. **Vſufructu.** Quod vn⁹ ex heredib⁹ ſoluit ꝓ liberatiõe rei hereditarie, repetere põt a coheredib⁹ ꝓ portiõib⁹ eoꝝ, ⁊ ſi ſoluere nolũt, põt eos cogere ad ſoluẽdũ. Idẽ in oĩ alio qđ cõiter ꝑtinet ad oẽs: ſi vn⁹ tãtũ fecerit.h.d. vſq3 ad finem quo ad primũ.§. vide o ĩno.l.an vſuſfructus.ĩ.de vſufructu.l. ⁊ quod ibi no.ꝑ Bar. Paul⁹.

Summarium.

1 Actio quænam cõpetat, vt ſciamus, magis ſpectandum quod reus dicit, quàm quod actor. Et quid vbi de iudicis competentia ſit controuerſia.

Si id quod. Pro re quã qs dt eẽ ſuã ex alia cã q̃ hereditaria, ꝯuenit hac actiõe. Itẽ dãnũ datũ ꝑ ſeruũ coheredis. nõ venit ĩ hac actiõe, vt dñs ei⁹ teneat, ac ſi culpa vel dolo ei⁹ datũ eſſet, niſi ei⁹ culpa 1 vere interuenerit.h.d. tota.l. ¶ Not.† ex primo dicto, ꝙ ad hoc vt ſciamus, que actio competit, magis inſpicitur illud quod dicit reus, q̃ illud quod dicit actor. Sic etiam cum agitur, quis ſit iudex competens. vt in.c.ſi clericus laycuz.de foro competẽ. primum dictũ eſt verum, qñ illud quod dicit reus eſt potentius. q̃ illud quod dicit actor: vt quia actor alle. titulum vniuerſalẽ: ſed reus ſpecialez, qui potentior eſt: vt hic, ſic cum agitur cõtra titulo poſſidentem petit. heredi. vt.C. de petitione heredita.l.heredẽ.in.fi. ⁊ facit.ſ.eo.heredes.pro emptore. ¶ Si vero neutrum eſt potẽti⁹ altero, tũc debet inſpici qđ dt actor: puta ſi ago rei vẽdi. dicẽs rẽ eſſe meã ex vẽditiõe ⁊ traditione parte mihi facta: tu

dicis nō esse meā: q: nō tradidisti, certe pcedit libell⁹ nihilomin⁹ sup rei vē. z hoc venit discutiēdū in fine litis. hoc pbaꝛ p gl. q̄ est s̄. de dolo. l. j. q̄ incipit, z erat fcā. z qd ibi not. p Bar. ita intelligiꝛ gl. in. l. j. in pn. si qua pau. fe. dica. ¶ Sed in casu hui⁹. l. vtrū debeat de hoc cognosci añ litis igressuz, an re⁹ habeat titulū vel nō, vt fit: an pcedit libell⁹ in hac actiōe: dic vt not. s̄. de pe. here. l. q interrogat⁹. z. C. e. ti. l. cogi. De alio vo qd dixi vt sciam⁹ an sit iudex cōpetēs, an debeat discuti de eo qd dtire⁹ añ litē, ꝯtest. vel nō: dic vt nota in dcō. c. si cleric⁹ laycū, per host. z Jo. an. z Inno. z per Cy. in. l. pscri. C. si ꝯ ius vel vti. publicā. per Bar. s̄. si qs iusd. nō obt. l. ij. z adde. l. cū qdā puella. de iur. oī. iud. pau.

Summarium.

1 Maritus cum aliis fratribus hæres, si vxoris dotem in familiæ erciscun. iudicio præceperit, an ab eo solo in casu restitutionis dotis, mulier repetet, an vero & à cohæredibus simul?

SI maritus. Fili⁹ pōt dotē vxoris pcipere, si tēpore mortis durabat matrimoniū: lz nūc sit solutū. Sec⁹ si in vita pr̄is solutū fuerat: q: tūc nō pciperet: sed actio cōpetet de directo mulieri, quā statim poterit intētare ꝯ heredes pure institutos, z ꝯ institutos sub ꝯdi. cū ꝯditio euenerit. h. d. Not. tex. cum gl. Et scdm istā distinctiōne id qd dixi. s̄. c. si filia. §. hoc ampli⁹ i pmo mēbro z ibi adde istā. l. z vide. l. pr̄ dotē. ȷ̄. de do. prele. z de castrē. pecu. l. dotē. in tex. z gl. ¶ Quero † si marit⁹ pcepit dotē, 1 vtrū mulier repetet ab ipso solo, vel ab aliis coheredib⁹. gl. parua hic vr̄ dicere ꝙ ab ipso solo. Sed hoc est verū, si ipse fili⁹ recepit dotē z nō pr̄: vt. s̄. e. si filia. §. pcipere. ¶ Si vo pr̄ receperit: tūc puto, ꝙ mulier habeat duplicē viā. Nā primo ab oib⁹ heredib⁹ pōt petere, z marit⁹ q̄ pcepit teneꝛ alios defendere. vt. §. hoc ampli⁹. ¶ Itē pōt insolidū petere ab eo, q pcepit fauore dotis. ar. ȷ̄. de le. ij. cū ab vno. z ita intelligo istā glo. Paulus.

Summarium.

1 Ius suum qui post litem inceptam in alium transtulit in permisso casu, an posit litem aduersus reum prosequi & si ius non habeat, in eius, in quem transtulit vtilitatem? Et an in hoc mandatum requiratur?

2 Actione furti quod quis fuerit consecutus, ei restituere tenetur, cui adiudicata fuit.

IN iudicio. Actiōes p re hr̄ditaria cōpetētes, ipsi⁹ occasione mouēde sunt p oēs cohr̄des, si nōdū res illa vni ex eis sit adiudicata. h. pmo. Itē si pedēte tali lite vni ex eis adiudiceꝛ, adhuc oēs pñt litē psequi ad vtilitatē illi⁹, cui adiudicata fuit: z ab eo pñt recupare expēsas. h. scdo. Sz si moueāꝛ post adiudicationē moueri debēt tñ p illū, cui fuit adiudicata. h. tertio. ¶ Predicta vera in psecutoriis actiōib⁹. penales aūt et post adiudicationē moueri pñt p alios, qb⁹ semel iceperunt cōpetere. h. d. no. tota. l. cū gl. ¶ No. singlr̄ ex scdo dcō, ꝙ † si post litē iceptā 1 p vnū desinit ius ei⁹: q: trāstulit ipm in aliū i casu pmisso, vt hic nō venit re⁹ absoluēd⁹ ab eo, ymo pōt adhuc litē proseq ad vtilitatē illi⁹, in quē trāstulit. z qcqd ꝯsequiꝛ sibi restituere. z dz hoc expsse dicere, al's si noie suo psequereꝛ, posset excludi, z re⁹ veniret absoluēd⁹: vt. ȷ̄. de ꝯdict. furt. l. siue manifest⁹. §. tādiu. ¶ Et no. istū tex. q: nō recordoꝛ alibi legisse eū: q: nec reqriꝛ hic, ꝙ habeat aliud mādatū ab eo. in quē trāstulit ius suū. Et idē pōt dici in eo. q post litē ceptā cessit ius suū alteri i casu pmisso: q: adhuc 2 pōt psequi litē z ei⁹ noie. ¶ Ultimo † no. circa finē ꝙ illud quod vn⁹ ꝯsequiꝛ actiōe furti teneaꝛ restituere illi, cui res fuit adiudicata. dic vt. s̄. de pe. here, l. vtrū. in gl. z, l. ptoꝛ. §. j. de bo. auto. iud. pos. per Barto. Paulus de Castro.

SI famil. ercis. Si vnus ex heredibus decedat pluribus heredibus relictis, licet ad eos transeat instantia non debet tamen vnus ex eorum persona, sed omnes debēt vnum procuratorem dare. h. d. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Iudicem executores ad exequendas voluntates vltimas constituere posse, vbi testator id non fecit. Et huiusmodi executores pro vltima voluntate exequenda rem hæreditariam vēdere posse, nec in hoc cautionem duple præstare.

2 Executor rem hæreditariam vendens & si non teneatur cautionem de dupla promittere, si tñ erronee pmittat, stipulationē cōmitti.

3 Executor & si officium necessarium habet, ex promissionibus tamen suis etiam finito officio rectē conuenitur.

4 Executor qui aliquid per imperitiam aut inaduertentiam promitit, aut soluit, an illud repetat?

QUi erat. Ista est valde notabilis. l. z est magrā. In materia executorū male declarata hic z alibi p doc. h. dicit. ¶ Si vn⁹ ex heredib⁹ rē hereditariā vēdat, vt testatorē iussu iudicis sepeliat, nō tenet pro euictione duplā promittere: quia nō ex voluntate, sed ex necessitate vendit: si tamen erronee promisit, stipulatio cōmittitur, z quod soluit a coheredibus repetit per hanc actionez vtilem, si ante aditam hereditatez fecit. Sed si post, tunc per di1 rectam. h. d. ¶ Nota primo, ꝙ † iudex pōt deputare executores ad exequendas vltimas voluntates, quando testatoꝛ hoc non fecit: al's si esset testamētarius, nō esset locus datiuo ad qd. ȷ̄. de alim. leg. l. solēt, z ibi similis tex. ¶ Secundo nota, ꝙ talis executoꝛ pro executione facienda pōt vēdere rem hereditariam, si aliter exequi non potest. facit. s̄. l. officio. ¶ In contrarium videtur tex. expressus in. l. alio. de alim. leg. ¶ So. ibi loquitur in mero executore, qui nullum commodum habebat ex testamēto: hic in misto, qui erat ex parte institutus. vel dic ꝙ hic ex causa pia z necessaria vendebat: ibi secus z vide plene quod ibi nota. per Bar. ¶ Tertio nota, ꝙ vendendo non debet duplam promittere, nec tenetur. Et idem in omni alio qui vendit ex necessitate, vt hic, quam regulam nota. quia ad hoc ista. l. est vulgaris. per hoc dicebā pridie de facto cū esset relicta quedā possessio fratribus carthusiens. qui secundum regulā ipsorum, non poterāt eaz retinere, sed habebant necesse vendere, z vendiderunt post venditionē cōueniebātur, vt de euictione cauerēt. i duplā promitterēt: dicebā ꝙ non tenebantur per hāc. l. quia ex necessitate vēdiderūt. ¶ Itē nō erat res preciosa, pro qua debeat pmitti du2 pla, vt. l. emptoꝛi. ȷ̄. de euic. ¶ Quarto † no. ꝙ licet executoꝛ nō teneaꝛ pmittere, si tñ erronee pmisit, cōmittitur stipulatio. Et sic erronea cautio cōmittitur. Contra quod opponit glo. de. l. si patronus. ȷ̄. de dona. z ponit plures solutiones. Tu dic vt ibi pla3 ne per Dy. z Bar. ¶ Quinto † nota, ꝙ licet executoꝛ habeat officium necessarium tamen ex promissionibus suis conuenitur etiam executione completa, z finito officio. ¶ In contrariū facit. l. illud. §. primo. ȷ̄. de euic. z quod nota. s̄. de procur. l. procur. qui pro euictione in glo. ¶ Solutio ibi de illo qui habebat necessarium officium z nullum commodum. vt tutoꝛ z curatoꝛ: sed hic habebat cōmodum. Ex hoc videtur ꝙ si merus executoꝛ de euictione promittat, z executio reperiatur non soluendo, ꝙ executoꝛ nō teneꝛ soluere de suo, sicut nec tutoꝛ z curatoꝛ. ¶ Sexto modo no. ꝙ licet executoꝛ per imperitiaz, aut culpam, vel inaduertentiam aliquid indebite promittat, vel soluat, potest recuperare de executione: quia officium suum non debet esse sibi damnosum, nec culpa nocere: ex dolo vero, vel lata culpa tenetur sicut depositarius, vt. ȷ̄. depo. l. quod nerua. z hoc tene menti ad materiam executorum. Paulus de Castro

Summarium.

1 Expensæ pro vno filiorum factæ, siue emancipato, siue in potestate, an repetantur, aut an conferri debeant. Et de quibus expensis hæc quæstio mouetur?

2 Gloria patris filius sapiens.

QUe pater. Ista est notabilis. Baldi. l. expensa studii, quam pater facit pro filio, videtur facta aio donandi nō repetendi: nec dz p ipsum cōferri, nec in partē debitā imputari 1 h. d. no. tex. cū gl. ¶ Quero † hic loquiꝛ in emācipato, qd in filio in ptāte: rn̄deo idē: q: eadē est pietas, vt. s̄. e. si filia. §. idē scribit. in aliquo autē differūt, vt. ȷ̄. patebit. ¶ Secundo quero hic loquitur, qñ filius nō habet bona: qnid si habet aduētitia. vel castrēsia: respondeo de illis videtur pater fecisse expensas in dubio, vt supra. de petit. hereditat. l. fina. que est notabilis limitatio ad hanc leg. ¶ Tertio quero de quibus expensis hic loquitur respondeo de expensis alimentorum, que cum fiunt consumuntur

cōsumenť,⁊ de hoc nō est dubiū. ¶ Sed qd de expēsis librorū q nō ꝯsumūť: ſʒ remanēt: gl. hic dt idē. Rich. malū disputando dt ꝯtrariū ꝙ illos teneť ꝯferre. ¶ Bart. distinguit tres casus, aut pr̄ emit libros noīe filij, nō tñ adhuc sibi tradit ī vita: ⁊ tūc nō sunt ipsi⁹, ſʒ cōes oīʒ: q2 solū nomē ei⁹ in instr̄o vr̄ accōmodatū, vt. C. si qs alter. vel sibi. l. ij. aut emit ⁊ tradidit: ⁊ tūc indistincte vr̄ donare: licet hoc non dicat expresse, vt. C. e. l. filie cui⁹, nec teneť conferre, nec in ltīma imputare, vt hic. Nā gn̄alr̄ loquiť hic de oīb⁹ subministratis. Aduerte tñ, q2 si erat emancipat⁹ statim valuit donatio: si in ptāte nō, sed ꝯfirmať post mortē, vt. C. de inof. dona. l. ij. ¶ Aut nō emit, q2 penes se hēbat, ſʒ solū sibi tradidit: et tūc idē ꝑ oīa, qd. s. ꝓximo mēbro. ꝑ hāc. l. de hoc vide ꝑ eū ī. l. j. §. sed nec castrēse. de coll. bono. ⁊. C. e. l. filie. Vecꝰa in ista expēsa q̄ hʒ in se cām pietatis: q2 naturalr̄ pr̄ moueť ad hoc, cū † glīa pr̄is sit fili⁹ sapiēs. Sed qd de alijs reb⁹, quas simplr̄ pr̄ tradit filio, nō ꝓ virtute acqrēda, vel honore. ¶ Rn̄deo in dubio nō vr̄ donare, sed in peculiū profectitiū ꝯcedere, vt. j. de acq. re. do. l. qd seruus. de pecul. lega. l. fi. Itē posito, ꝙ sibi donaret nō est idem in illa donatiōe, qd ī ista. Sʒ distinguiť: ⁊ tūc nō cōputať, ī ltīma, nisi dcm̄ sit expsse: vt. C. de iof. tes. l. si qn̄. §. Et gn̄alr̄. ⁊ in hoc est idē. ¶ Itē tūc idistīcte ꝯferre teneť emācipat⁹. l. vt liberis. §. fi. C. d coll. q̄ hodie nō corrigiť ꝑ auť. ex testō. vt ibi no. sec⁹ est ī ista donatiōe, q̄ fit gr̄a pietatis, vt hic ī tex. ꝯiūcto sine gl. qd ꝑpetuo tene mēti. Nec repies hāc limitationē tactā ꝑ aliquē doctorē. Si vo erat in ptāte: tūc aut q̄riť an cōferanť. ⁊ dic ꝙ nō, ⁊ ī hoc silr̄ est idē qd hic, vt nota ī auť. ex testō. Aut q̄riť, an in ltīma īputētur: ⁊ tūc dic ꝙ sic, q2 ꝯfirmať post mortē, vt ē casus ꝑ mꝰnā lect. C. e. filiū quē hn̄tē. vt no. ꝑ bar. in. l. in ꝯtrariū alle. ad. l. fal. Et sic in filio in ptāte est totū econtra ad filium emancipatum. Pau.

Summarium.

1 Possessor omnis siue bonæ, siue male fidei sit de fructibus semper impensas ipsorum causa factas deducit.

FVndus. Fili⁹ ꝑcipere pōt fundum dotalē vx. sue, lʒ sibi nō sit ꝑlegatus. Et a die ꝯtestationis veniūt fruct⁹ deductis expēsis factis gr̄a ipsorū: ꝑcepti vo an̄ litē ꝯtestataʒ cōes sunt oīʒ heredū. h. d. ¶ No. istā distinctionē an sint ꝑcepti an̄ litē cōtestatā vel post. q̄ hʒ. locū cū fili⁹ sustinet onera matrimonij: alr̄s qd iuris sit: dic vt. l. pr̄ dotē. de do. ꝑle. ⁊ tetigi. s. eo. si filia. §. hoc ampli⁹. Idē † no. ꝙ oīs possessor siue sit male fidei, siue bone fidei, semꝑ de fructibus deducit sumptus factos ipsorū gratia. ⁊ ad hoc ista. l. est vulgaris, ⁊ quotidie allegatur. Paulus.

Vsic. Nā si vnus. Si vnus ex heredibus totū possideat, alter nihil: in ptāte nō possidētis est hāc actionē intētare, si est coheres; vel petitione hereditatis, sibi magis expediat. possidēs aūt, q alteruʒ cōfiteť coheredem, hanc solam actionem intentare potest. h. d.

NEuius. Nō solū res hr̄ditaria, ſʒ qd ei⁹ occasiōe ꝑuenit, ī hac actiōe venit. h. primo. Itē venit illud qd alter ex cohr̄dib⁹ hʒ ex administratiōe rerū hr̄ditariaꝝ fcā ī vita defuncti. h. scdo. Itē si adiudicationib⁹ hincinde faciendis venit alter alteri in quātitate cōdēnādus. ⁊ potest iudex cōpensatione facta hincinde. in ea tantū summa cōdēnationē facere, que reperiť excedere h. tertio. ¶ Itē cū pars rei, q̄ adiudicať venit estimāda dʒ estimatio fieri habito respectu ad totā rē, nō ad ipsam tm̄ partē. h. quarto ⁊ vltimo dt tota. l. ¶ Et nota arg. in. §. arbiter. ꝙ si peto a te. x. ⁊ tu recōuenias in. xv. si iudici ꝯstet de vtroqꝫ debito, pōt ꝯdēnationē facere ī simel qnqꝫ, fcā ꝯpēsatiōe vsqꝫ ad ꝯcurrētē q̄titatē. ¶ Sed Iac. bu. vr̄ tenere ꝯtrariū ī. l. ⁊ ꝯñr. C. de sent. ⁊ interlo. oīm iud. qdt q: iudex dʒ te ꝯdēnare mihi ī. x. ⁊ me tibi. in xv. ⁊ postea fiet cōpēsatio alr̄s nō vʒ sn̄ia cōtra quā facit iste tex. ¶ Tu dic aut liq̄t sibi iudici de vtroqꝫ debito ꝑ ꝯfessionē partiū vel ꝑ sn̄iam. ⁊ ꝓcedit prima opinio ꝑ istū tex aut sibi nō liq̄t hoc modo. sed ꝑ ꝓbationē, quo casu non dr̄ adhuc debitū liquidū, nisi liquidareť per sn̄iam. ⁊ etiam ꝓcedit opinio sua: q2 compensatio non fit anteq̄ debita sint liquida. Paulus.

PEcuniam. Illud quod alicui debetur non censetur in hereditate sua, nisi pro illo sibi competat actio. hoc dicit.

I familie. Res que nō possunt diuidi, debent adiudicari.

ARbitrio. Possunt litigātes concordiā facere, ⁊ a iudicio discedere ignorante vel inuito iudice. ad hoc allegatur. facit. l. j. §. parte operis. de no. oper. nunti.

Communi diuidundo *Rubrica.*

Summarium.

1 Magis particula, ī iure modo electiuè, modo cōparatiuè pōnitur.

COmmuni diuidundo. In actiōe pro socio veniūt ꝑsonales ꝑstatiōes: ſʒ in actiōe cōi diuidūdo venit diuisio rerū q̄liter cūqꝫ cōium cū societate, vel sine. et ille dr̄ in ea originari⁹ actor qui ad iudiciū ꝓuocauit. veniūt etiā in ea accessiones, siue consistant in lucro, siue in dāno. ¶ Itē iudex dʒ in ea seq cōuentionē partium. h. d. vsqꝫ ad. l. per hoc. ¶ Et no. † glo. in ista. l. j. de dictione magis, q̄ aliquando ponitur electiue, aliquando comparatiue.

In lege. Ad penam. l. cornelie imponēdaꝫ sufficit dolosus animus, licet non sequatur euentus maleficij. Sed lata culpa non sufficit, que in maleficijs nō equiparatur dolo. ad hoc alleg. Circa ꝑmū dic, †ꝙ si nō sequitur euentus, aliqualiter leuius punitur ꝙ si sequeretur. s̄. de extraord. crim. l. j. in prin. ⁊ innuit in text. in l. aut facta. §. euentus. ī. de pen. facit quod notatur in Specu. de accu. §. j. versiculo quid si peractum fuerit. Circa secūdum dic, ꝙ in maleficijs vel delictis nominatis lata culpa non equiparatur dolo, siue sint priuata crimina, siue publica: ⁊ siue queratur de pena criminalī. siue ciuili. vt est furtum ⁊ iniuria, vel homicidium, ⁊ crimen falsi. s̄. de furt. l. j. ⁊. l. falsus. §. qui alienum. et. l. inter omnes. §. recte. ibi quid in dolo ⁊c. ⁊. C. de fal. l. nec exemplum. ¶ Sed in maleficijs innominatis, vt cū punitur actus vel factū, qui non cadit in nomē alicuius maleficij: tunc lata culpa equiparatur dolo. s̄. si mensf. fal. mo. l. j. §. j. ⁊ si quis testa. liber esse iussus. l. j. §. nō aūt. nā ibi punitur seruꝰ qui aliquid subtrahit pēdēte cōditione libertatis. qꝺ furtū dici nō pōt, vt. l. serui ⁊ filij. s̄. de fur. vt oriatur actio furti. ¶ Sꝫ actus est de se malus: ⁊ ideo lata culpa equiparatur dolo. ⁊ est rō in predictis: qꝛ in maleficijs innominatis imponitur pena extraordinaria ad arbitriū iudicis. s̄. de extraor. criminibus. l. j. §. j. ⁊ not. de iniur. qꝺ senatus. Sꝫ ad penā extraordinariā sufficit lata culpa vt. s̄. eo. l. corporalia. §. j. ¶ Sꝫ in nominatis criminibus imponitur pena ordinaria, ad quam regulariter requiritur dolus. Cetera dic vt dicta. l. prima. §. non autem. si quis testa. liber. Bar. ⁊ adde glo. que cum ista. l. all'. in. l. in actionibus. s̄. de in litem iurand. l. lata negligentia. Paulus de Castro.

Si mulierem. Si mulier dat cām vt abortū faciat, in exilium dānatur ex hac. l. h. d. hoc est verū anteqꝫ partus sit formatus in vtero: vt aū. xl. dies, vel fm̄ alios. xlv. Sed postqꝫ esset in vtero formatus: tūc puniretur pena capitis: qꝛ ect homicida. ī. de pen. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ⁊ nota. s̄. de extraord. crimi. l. diuus. ⁊ dic vt ibi in gloss. penam vero irregularitatis nō incurrit, nisi qui partui iam formato mortis causam prebet. extra de homici. c. sicut. Dy. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Vim vi repellere licere cum inculpatæ tutelæ moderamine, qualiter intelligendum sit? Et an verberare volentem occidere liceat?

Furem. Furem nocturnū licitū est interficere, si parcere quis ipsi non potest, sine periculo suo vel suarum rerū. h. d. tex. cū gl. ¶ Furē autē diurnū nō pōt qs interficere, nisi timeat periculū ꝑsone: quia telo se difendit. nā periculū rerū timere nō pōt: qꝛ pōt diurnus cito recognosci. ⁊ in iudicio cōueniri. ⁊ idem esset in nocturno si eadē rō subesset. fm̄ doc. ¶ Ex ꝑdictis ptꝫ †intellectus ad. l. j. C. vnde vi. vbi dꝛ ꝙ licitum est vim vi repellere cum moderamine inculpate tutele. qꝺ intellige si aliter se defendere nō pōt. vt. l. sciētiā. §. cū alr̄. s̄. ad. l. aquil. Et certe locū hꝫ etiā si timeat ꝑiculū rerū suarū. Vñ si vis mihi res meas auferre: ⁊ ego timeo ipsas non posse recuperare: qꝛ es potēs, vel te non cognosco, licitum est mihi te interficere. ⁊ idem si velles me verberare, licet non interficere. nam si permittitur pro periculo rerum irrecuperabiliū, fortius pro periculo ꝑsone. quod not. perpetuo, secundum Barto. ⁊ est valde bonum dictum.

Summarium.

1 Voluntas in maleficijs, an spectanda sit, non euentus? Et an voluntas quandoqꝫ puniatur? Et quid in eo qui plus deliquit, quam credidit aut voluit?

Diuus Adrian. In maleficijs spectatur volūtas nō euentus. Sed alibi dicitur, ꝙ spectatur euentus, vt. ī. de pen. l. aut facta. §. euētus. ⁊ dic ꝙ vtrūqꝫ in diuersis casibꝰ. ⁊ ideo lex ista legitur quatuor modis. Primo ꝙ delinqre noluit. ⁊ tñ deliquit: ⁊ tñ inspicitur eius voluntas. de fur. l. qui iniurie. in prin.

1 ¶ Sed circa hoc dicas, ꝙ †aut ipse fuit in culpa: ⁊ tunc punitur, sed mitius habita distinctione inter latam culpā ⁊ leuē ⁊ leuissimam. s̄. e. leg. Cornelia. §. j. ⁊. l. in le. Aut deliquit per casum: ⁊ tūc aut ꝑcessit culpa: ⁊ idē per omnia. C. e. l. j. ⁊ ibi notatur. ¶ Sꝫ si nulla precessit culpa, tunc in nullo tenetur: qꝛ casus fortuitus non meretur penam. C. e. l. eum qui. ⁊. ī. de pe. l. respiciendum. §. delinquūt. in fi. C. de pig. acti. l. qui fortuitis. ¶ Secundo legitur eque in eo, qui voluit delinquere, sed non perfecit, vt ex sola voluntate puniatur: vt. s̄. e. l. prima. circa princp. et. §. diuus. ⁊. C. e. is qui cum telo. quod est verum, si processit ad aliquem actum. Secus si staret in finibus solius cogitationis. ī. de pen. l. cogitationis. ¶ Itē est verum in grauioribus criminibus. secus in leuibus: vt. l. prima. §. j. quod quisqꝫ iuris. ¶ Item est verum. si actus quem fecit, est de se punibilis: secus si esset permissus. Nā etiam si delinquere intenderet, nō delinqueret. s̄. de fur. l. falsus. §. qui alienum. ⁊. l. inter omnes. §. recte. versicu. per contrarium. ⁊ de iniur. apud labeonem. §. si quis virgines. his enim omnibus casibꝰ inspicitur euētus, nō volūtas. ¶ Itē posito, ꝙ sola voluntas interdum puniatur, tamen mitius punitur ꝙ si sequutus fuisset euentus. s̄. de extraor. crimini. l. prima. ⁊ adhuc etiam si euentus inspicitur, predicta vera de iure communi: de consuetudine vero, vel statutis locorum, potius inspicitur euen-

tur euentus, ꝙ volũtas, vt not. in Spec. de accusatore. §. j. versiculo qd si primo actũ fuerit. & iste due puniũtur, vt in gl. ¶ Tertio mo legitur extra gl. in eo, qui voluit delinquere, sz plus deliquit ꝙ voluerit. quo casu dic ꝙ aut plus deliquit circa eandẽ rẽ, aut personã: & tunc inspicitur euentus nõ voluntas, postꝙ dabat operã rei illicite: vt patet. s. de adult. l. si adulteriũ cum incestu. in prin. & de iniurijs. l. eũ qui. §. si iniuria. & ideo si credebã tm̃ vulnerare, sed occidi, teneor de occiso. ¶ Item si credebam furari rem prophanã, & erat sacra teneor de sacrilegio. ¶ Itẽ si credebam verberare ignobilem & ille erat nobilis. teneor tãꝙ verberans nobilem. arg. iuriũ allega. ¶ Si vero plus deliquit circa diuersas res, vel personas ꝙ putauerit, tũc aut illud verisilr poterã credere. & inspicitur euẽtus: vt. C. ad. l. iul. de vi pu. l. si qs ad se fundũ. Itẽ ille qui cõgregat gentes ad faciendum tumultũ: tenetur de cede cuiuscũqz etiam si sit mortuus vnus de parte sua. quod tñ non putabat, & ideo si quis posuit ignem in domo vnius, vt illam tm̃ cõbureret: tenetur etiam si cõbuxisset domũ vicinorum. nam euenire posse prospicere debuit. s. ad. l. aquil. l. qui occidit. §. in hac actione. ¶ Si vero verisimiliter illud non debebat credere: tũc aut deliquit in alias personas vel res pncipaliter, vt puta, credebã vulnerare titium tantũ, & vulneraui alium, qui se interponebat, vel aliũ pretereũtẽ: & tunc teneor de vtroqz. s. ad. l. aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. puto tñ ꝙ nõ ad penam criminalem sed mitius puniar. quia non fui in dolo. ¶ Item hoc est verũ qñ dabã operã rei illicite volẽdo hominẽ pcutere. Sed si dabã operã rei licite, vt qr volebã pcutere fenũ & percussi hominem pretereuntem, nõ teneor dummodo non fuerim in aliqua culpa, vt est casus in. d. l. respiciendũ. §. delinquũt in fin. facit. l. si putator. ad. l. aquil. ¶ Sed si delinquo in aliam personam per cõsequentiã, de qua non cogitabam: puta credebam percutere filium patrẽfa. & ipse erat filiusfamilias: & sic deliqui in patrem, non teneor quo ad patrem. & sic inspicitur voluntas, vt est casus. s. de iniur. eũ qui. §. si. ¶ Quarto modo legitur in eo qui credebat delinquere vno modo, & vno genere delicti: & ipse deliquit alio modo, vel alio genere: vt inspiciatur quod putabat. sed ista lectura nõ procedit: quia in iure inspicit̃ euentus, non voluntas. supra de crimine expil. heredi. l. final. & istud est notandum. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Occiso vno in rixa, eum teneri de occiso, cuius ictu perijt occisus, si de eo constet. Et quid si non constet. Et qualiter teneãtur socij, si plura intercesserunt vulnera?

2 Delinquẽtibus pluribus, qualiter teneatur vnus ex alterius delicto.

Si in rixa. Si in rixa fuerit vnus percussus a pluribus, dz ictus vniuscuiusqz cõtẽplari. h. d. ¶ Sed ad quid dicit gl. ꝙ ille puniatur, qui habuit animum occidendi, aliũ. non. Tu dic clarius. ꝙ † ille teneatur de occiso, cuius ictu perijt. Nam si plura fuerunt vulnera, & vnum tantum erat mortale: ille punitur de occiso, qui mortale intulit, si constare põt quis fuerit. Sed alij qualiter punientur? dic aut queritur de pena ciuili, aut pecuniaria, aut de pena crimiali, aut de pena canonica: vt irregularitatis. Primo casu punientur de vulnere tantum, non inspecto an voluerit occidere vel non. nam quo ad illam penam magis inspicitur factum ꝙ voluntas. & hic est casus in. l. item mela. §. si plures. ad. l. aquiliam. hoc verum si vulnera non mortalia precesserunt mortale. ¶ Si vero mortale precessit, tunc sequentia vulnera, licet ex se non erant mortalia, tamen propter mortale precedens censentur mortalia in hominis debilitate. & sic tenerentur de occiso secundum Barto. argu. s. ad legem aquiliam. l. in hac actione. §. si quis seruum egrotum. Sed non videtur verum: qr ex quo letaliter erat vulneratus, & sic non poterat euadere: sequẽtia leuia vulnera non dant mortem, licet accelerent eam. vnde videretur dicendum eos potius mitius puniri tanꝙ vulnerauerint iam mortuum, qui de proximo moriturus erat. argumen. de testamen. mili. l. ex eo quod & s. de damno infecto. l. damni. §. sabini. ¶ Sed dictum Bartol. bene procedit, quando precedens vulnus non est mortale, sed propter sequentia efficitur mortale, & sequentia propter precedens. nam tunc quilibet videtur dare causam mortis: & sic quilibet tenetur de occiso, ꝙꝙ omnes simul occiderũt. & hoc est quod dicit glo. hic. & hoc puto verius. ¶ Secundo casu cum queritur de pena criminali: aut illi qui vulnerauerũt non mortaliter, venerunt cum animo & proposito interficiendi, licet vnus tm̃ interfecerit: & tunc perinde tenentur acsi occidissent. s. e. l. j. §. diuus. ¶ Sed si hunc animũ nõ habuerunt ab initio vel in ipso actu: tunc tenentur de vulnere tm̃, ex quo ipsi non interfecerunt, sed alius. Ita dic in gloss. que sic debet intelligi, quod est verum de iure communi: de consuetudine vero vel statuto secundum qd nõ cõsideratur animus sed euentus, vt dixi. s. in. l. diuus. tunc dic idẽ per omnia, vt in proximo casu dixi. ¶ Tertio casu cum queritur de pena canonica, scilicet irregularitatis. dic ꝙ illam non incurrit, nisi qui interficit, non illi qui vulnerant non letaliter, etiam si habeant animũ occidendi. nam & ibi inspicitur exitus, non voluntas: vt extra de homicid. significasti. hec vera cum cõstat de illo ex cuius ictu perit, sed si non constat: tunc aut vulnera sunt equalia, vel vnũ non est magis mortale ꝙ aliud: tũc oẽs tenent̃ de occiso. vt in gloss. & iam dictum est. ¶ Sed si vnum tantum est mortale, nõ tamen constat quis illud intulit: tunc nullus tenetur de occiso, sed omnes de vulnere. & hoc ne in dubio innocens condemnetur. infra de pen. l. absentem. licet Bart. videatur dicere contrarium. sed nõ placet. Et idem est vbi vnus tantum percussit mortaliter: sed non constat quis. nam omnes absoluuntur. h. d. glo. ordinaria. in. l. item mela. in. §. sed si plures. in prima glos. quam doc. omnes dicunt esse contrariam huic glo. Sed re vera nõ est, quia illa loquitur qñ vnũ tm̃ fuit vulnus mortale, sed nõ cõstat quis intulit. Ista vero loquitur qñ vulnera omnia fuerunt equalia, puta oĩa mortalia, vel omnia non mortalia per se. nã tũc quilibet vr̃ dedisse causam morti. & ideo quilibet tenetur de occiso. ¶ Sed in gl. cõtraria vnus tm̃ dedit, sed nõ cõstat quis. & ideo in dubio sanctius est nocentẽ absoluere, ꝙ innocẽtẽ condẽnare. vt in. d. gl. que dz limitari quo ad alios, qui non dederũt cãm rixe. Ille vero qui cãm dedit, tenetur etiam si non cõstat, quis occidit: vt. l. si quis ad se fundum. C. ad. l. iul. de vi pub. qd est verum. si non pretextu officij: quia tunc habet locum. §. sed si plures. ¶ Sed si pretextu officij, qr tunc sufficit vna pena omnibꝰ. l. tutorũ. de admi. tuto. ¶ Ex pdictis pz, ꝙ si plures delinquũt, quilibet tenet̃ sua pena, nec pena vnius liberat alium: vt. d. §. sz si plures. Sed interdũ equaliter, interdũ inequaliter. & hoc cum nõ delinquũt sub ptextu officij. nam tũc omnes tenentur vna tm̃ pena. s. de pub. l. si militi. & s. de admi. tut. l. tutorum. Per quas leges determinatũ fuit, si statutum dicit, ꝙ si custodes carcerũ recipiant pecuniã ab incarceratis puniant̃ pena quadrupli. ꝙ soluendo vnũ tm̃ quadruplũ pro omnibus ceteri liberentur. qr delinquũt sub ptextu officij. Itẽ ista vera cũ querit̃ qualiter plu 2 res delinquentes puniantur. ¶ Sz † si querat̃ qualiter vnus teneatur ex delicto pluriũ? dic ꝙ aut ille nõ fuit in dolo: & tenetur vna tm̃ pena. & illi plures reputantur pro vno. s. de publi. l. si exegisset. & si fa. fur. fec. dicatur. per totũ. Si vero fuerit in dolo: tũc aut querit̃ qualr ex psona pluriũ puniatur: & tenet̃ pro singulis, vt. l. j. in pn. si famil. fur. feciss. dicat̃. ¶ Sz q̃rit̃ qualr teneat̃ ex psona sua pter plures delinquẽtes: dic ꝙ vna tm̃ pena. ar. s. ad. l. iul. de vi priua. l. ij. & ideo si mando pluribus ꝙ faciant vnum maleficium, vna tantum pena punior ex mandato meo.

Ad. l. Pompeiam de parricid. Rubrica.

Summarium.

1 Qualitas in mandatario delictum aggrauat in mandante. Et quatenus id verum sit?

Vtrum. Filius istiꝰ de morte patris tenet̃ pena parricidij. & idẽ in extraneo, si cõsiliũ dedit ꝙ filiꝰ interficeret prẽm. h. d. ¶ Si occiderit dic vt in glo. Et † sic not. ꝙ q̃litas que est in mãdatario aggrauat delictũ l mãdãte. Nam si mando filio alicuius, ꝙ prẽm interficiat, vel si psto auxiliũ. vel fauorẽ. teneor lege põpeia, sicut ipse filius: & tñ si p meipsum facerẽ solũ tenerer. l. cor. de sica. istud est verũ in q̃litate, q̃ inerat. in pn. mãdatario, sciẽte ipo mãdãte: secus in illa q̃ superuenit ex postfacto pter eius propositũ. nã illa nõ aggrauat delictũ. s. de furt. l. is qui opẽ. vbi dr. ꝙ lz ipse fur sit deprehẽsus in furto: nõ tñ tenetur furti manifesti. qr illa qualitas ex postfacto supuenit. Ex qbꝰ cõclude ad duas q̃ones. ¶ Prima ẽ si statutũ dicat ꝙ popularis vulnerans popularẽ puniatur in centũ.

nobilis vero teneatur in duplum. et vnus popularis mādat vni nobili, quod aliquem vulneret: certe punietur in duplum, sicut ipse nobilis: quia qualitas illa inerat a prin. ¶ Secunda est, secundum statutum plus punitur furtum factum de nocte, quam de die, pone mandaui tibi et opem præstiti, vt faceres furtū de die: et tu fecisti de nocte. certe punitur ac si fuisset factū de die. quia preter propositum meum. argu. dicte. l. is qui opem. et dic vt ibi plene per Barto. Paulus de Castro.

Si sciente. Non solum filius patrem interficiens hac. l. tenetur, sed etiam quilibet extraneus opem præstans filio. et etiam qui fuit causa. vt ille opē præstaret. h. d. ¶ In glo. qn̄ dicit no. ar. pro qua glo. facit l. ordine. §. in fraudem. ff. ad muni. et in auf. de sanct. epi. §. omnibus. coll. ix. in auf, vt nulli iudi. §. si quem adulterij. Sed certe iura ista loquuntur qn̄ cōtractus tendit in preiudicium aliorū, quam contrahentium. nā tunc adhibitus est vt proxeneta teneatur illis. Sed casus glo. loquitur qn̄ tendit in preiudiciū illius tm̄, qui proxenetam adhibuit. vnde nō videtur quod illud possit eis impingere. ar. de lega. j. l. si seruus pluriū. §. si heredi. et C. de seruo pig. da. ma. l. ij. et quia nemini officium suum debet esse dānosum. ff. ex qui. cau. ma. l. videlicet. et hoc puto verū. Et si diceres secundum istam rationem, non videtur quod vsure repeti possint, etiam a mutuante. rñdetur quod alia rō est in mutuante: cum ex mutuo lucrum senserit licitum, qđ ab eo extet. vt. l. propterea. §. meminisse. de inofficio. testa. et de calum. l. in herede. vnde non potest repetenti, turpitudinem imputare, de qua lucrum sensit vt. §. si hereditatis. alleg. sed proxeneta sic. quia lucrum non sensit. et facit quod no. in. l. alias. §. fi. de iureiur. per Barto. ¶ Pena. Barto. dicit quod hodie locum habet pena huius. l. per. l. j. C. e. alie. ll. non leguntur.

Ad. l. Cornel. de falsis. *Rubrica.*

Summarium.

1 Falsum quot modis committatur?

¶ Iste titulus diuiditur in tres partes. Primo loquitur de vere falso, quod punitur per. l. corne. Secūdo de quasi falso: quod punitur per senatusconsultum. Tertio ponit, que sit pena falsi vel quasi simili. Secūda ibi, ad testamēta. Tertia in. §. fi. ¶ Et

1 not. quod falsum committitur sex modis, qui ponuntur vsque ad §. ad testamenta. Primo cum mutatur veritas cum expressione falsitatis. et de hoc loquitur principium. ¶ Secundo vero cum pecunia recipitur, vt mutetur: licet mutata non sit. et de hoc loquitur. §. item qui ob instruenda. Tertio cum veritas ipsa venditur, vt si testis recipiat pecuniam vt etiam verum testimoniū dicat. et hoc colligitur in versiculo. sed et si quis. in verbo dicendum. cum gloss. ¶ Quarto modo cum celatur veritas, non tñ exprimitur falsitas. et hoc dupliciter. nam interdum celatur tacēdo. et de hoc in eodem versiculo, in verbo vel non dicendum. interdum vero committitur ipsam veritatē corrumpendo, vel preuertendo, et de hoc in versiculo qui rationibus. et predicta locū habent cū veritas facti mutatur aut supprimitur. ¶ Sed quinto modo cōmittitur, cum mutatur vel supprimitur veritas per iuris ministrum. et de hoc in versiculo, sed si iudex. Sexto cum procurator aduocatus aut iudex reuelat secreta iuris partis vnius alteri. et in versiculo, is qui deposita. ¶ Sed septimo cōmittitur cū notarius solennitatem iuris scienter omittit, C. de testa. l. iubemus. in fi. vbi est tex. notabilis casus in principio. notarius qui scribit aliter dicta testium, quam dixerint, vel aliter iudici ostēdit, quam dixerint, pena falsi punitur. h. d. ¶ Sed qualiter probatur hoc, si notarius dicit quod testes dixerint vnum, et testes dicunt se aliter dixisse: cui creditur? et vr̄ dicendū quod credatur testibus, per istā literā: aliter quomodo posset hoc probari. ¶ Sed cōtrariū est verū: quia quilibet testis est in suo dicto singularis, et ideo sibi non est credendum: vt in. c. cum dilectus. de electione. et ideo dic credēdū esse notario, etiā si plures testes contrarium deponant. casus est in. c. ad audientiam. extra de prescrip. et ita determinat Speculator. in tit. de testi. §. j. versi. Sed pone, ecce iudex. et de instru. editione. §. restat. et vide Jo. an. versiculo, quid si cū attestationes. facit quod notat Inno. in. c. cum Joannes. de fide instru. et fuit questio dñi Bar. brixien. Quomodo ergo probabitur quod notarius aliter scripserit, quam ipsi dixerint: cum ipsi recipiātur in secreto, vt no. in. l. si qn̄. C. de testi. Rñdeo qđ probari potest per aliā scripturā notarij, puta si in originali scriptura scripsit vnū: postea cum ipsam extendit scripserit aliud. nā tunc apparet falsarius, vt infra e. l. eos, stā dū est enim originali. in auf. de tabell. §. penul. et ar. l. si quis ex argentarijs. §. fi. ff. de edend. et quod no. in. l. si librarius. ff. de reg. iur. per Bart. et per eundē in. l. Caius. de leg. ij. quod est verū, si scienter et dolose contrarias scripturas confecit ex dictis testium. Secus si per errorē aliqđ verbum obscurum testiū in prima scriptura positū, exponeret in scda, et licet hoc facere non debeat, nō tñ cōmittit falsum, quia sine dolo. C. e. l. erroris. et istud facit in fine videre meo. Paulus de Castro.

§. Item qui ob. Qui pecuniā recipit vt falsam aduocationem, vel testimonium faciat, vel fieri faciat, vel quoquomodo de hoc pactus sit, punitur per senatusc. volusia. De quo habetur in. l. ex senatus. ff. titu. tertio, quod punit illos qui societatem inter se coeunt aduersus innocentem. adde quod etiam punitur. l. cor. de fal. vt congruat iste versiculus tit. punitur etiam. l. cornel. de sica. vel pena talionis, si cā erat criminalis. ff. de sica. l. j. in prin. et §. j. tenet etiā crimine concussionis. ff. de concu. l. ij. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Testimonium verum vendi non debet, sicut nec rectum iudiciū. Testis & iudex pro vtraque consistunt parte. nu. 2.

2 Aduocatus & iurisperitus, an patrocinium licitē vendant?

3 Iudicem corrumpēs, vt falsam ferat sententiam, falsum committit. Et tum qua pœna puniatur? Et item iudex qui accepta pecunia falsum iudicauit?

Vsic. Sed si quis. Notarius, qui pecuniā recipit vt referat iudici aliquos tulisse testimonium, qui non tulerunt, vel nō tulisse, qui tulerūt falsum. Idem in eo, qui recipit pecuniam vt testimoniū dicat, vel non dicat, vel iudicem corrumpat. Item etiam in iudice, qui scienter contra. l. pronuntiat. h. d. notabiliter. ¶ Dicen-

1 dum, etiam verum testimonium. Non † enim licet vendere verū testimonium, sicut nec iudici licitum est vendere verum iudiciū. et vterque falsum committit. xj. q. iij. non licet. et xiiij. q. quinta. nō sane. et sic not. tertium modum committendi falsitatem, scilicet

2 cum veritas venditur. Aduocatus † aūt vel iurisperitus bn̄ possunt vendere iustū patrociniū, vel iustū consiliū vt. d. c. non licet. nā ipsi pro vna tātū parte cōsistūt, sed iudex et testis pro vtraque. dicit tñ glo. in. d. c. non licet. qđ si sine magno labore possunt dare consilium non reuoluendo libros nec laborando in perlegendis allegation. quod gratis tenentur subuenire. ¶ Vel non dicendum. Nota quartum modū committendi falsitatem, scilicet cū celatur veritas. hoc verum est in tribus casibus tm̄. Primus cum celatur cum periurio cum sit testis iuratus, veritatem non dicat: puta quod dicit se non recordari, cum recordetur. C. de epis. et cleri. presbyteri. vbi casus. Secundus est cum adhuc nō iurauit, sed requiritur vt testimonium dicat: et non vult. et veritas aliter non potest reperiri: quia non sunt alij testes. nam etiam tunc falsum committit. per Innocē. in. c. j. extra de fal. in vna apostilla. ¶ Tertius casus est cū aliter reperiri pōt, sed ipse cepit pecuniam, vt nō testificetur. nā hoc ipso falsum cōmittit, et iste est casus hic. et per hoc dicit Bar. quod si aliquis non vult venire ad testimonium ferendum. quod cautela est, quod iudex faciat inquisitionē contra eum quod pecuniā recepit, vt non testificetur. et ipse hoc timore ductus veniet. extra hos casus, qui non vult dicere veritatem nō cōmittit falsum. arg. C. de fur. l. inciuile. cum ibi nota. ¶ Sed forte al's teneretur crimine stellionatus, vel de dolo ad interesse partis. ¶ Corrumpit. scilicet dando pecuniam, vt ve-

3 ram vel falsam ferat sententiam. et † talis primo committit falsum. vt hic. Item perdit qđ dedit, vt. l. ij. §. j. de condi. ob turp. causam. ¶ Itē caret cōmodo sententie. C. qn̄ prouo. nō est necesse. l. venales. Qualiter autem puniatur iudex qui pecuniam recipit. videbitur in. l. j. ff. ad. l. iul. pecul. ¶ Neglexerit scz sciēter sed si ignorāter tunc faceret litē suā: et tenetur actione in factū. l. j. de va. et extraor. cognitionibus. Paulus.

§. Ad testamenta. Qui legatū vel fideicommissum sibi ascribit in testamento etiā militis per senatusc. punitur pena. l. corne. nisi testator se postea subscripserit, et legatū approbauerit. quo casu si fuit seruus vel filius, qui sibi ascripsit, sufficit gn̄alis subscriptio: sed si fuit extraneus requirit spālis. h. d. ¶ Militū. dic et vide bal. per. l. j. ff. de test. mil. vbi milites pn̄t testari quō volūt, et cui pn̄t. ¶ Sed certe illud priuilegiū nō extēdit ad extraneos. vt h. l. in fraudē. §. fi. qđ. et ibi no. in gl. ff. de testa. mil. Bar. ¶ Legatū. vel

vel quodcunque aliud emolumentum, vt. j. eo. si quis legatum. §. si institutus. et hoc si sibi vel alteri alicui per cuius personam sibi acquiratur: al's non. vt. j. e. l. impuberem per totam. ¶ Ascripserunt. etiam iussu testatoris. al's non esset verum falsum, et non puniretur per senatuscon. Sed per. l. corneliam. et intellige principium glo. que incipit siue extraneus. et hoc verum nisi sequatur subscriptio testatoris: nam tunc distinguitur, vt sequitur in gl. extraneus. quando dicit so. vt ibi. dic quod ibi loquitur in filio emancipato ascribente sibi hereditatem, que sibi erat debita, etiam nullo facto testamento: hic in legato et fideicommisso, quod non est debitum, et idem esset in hereditate. si plus sibi ascriberet, quam deberetur. per eandem rationem. Bar. ¶ In gl. subscriptio. finis gl. est contra tex. expresse: quia tex. nominat personam, et constitutionem specialem princip. vide. l. si quis mihi bona. §. iussu. et. l. si titius. de libe. et posthu. per Barto. Paulus.

Summarium.

1 Vendens rem alij venditam, vel alij obligatam rursus alij obligans in quod crimen incidat, & qua pœna plectendus sit.

§. **Tutores.** Illi quorum bona propter administrationem tutele vel cure sunt obligata, non debent hoc tacito cum fisco contrahere: quod si fecerunt per senatusconsul. puniuntur de quasi falso. et hoc si viuit ille, cuius administrationem gesserunt: al's secus. Item qui in fiscalem contractum, iure hereditario successerunt hac pena non tenentur. h. d. vsque ad. §. si. tex. in verb. obrepserit. s. tacendo. nam si mentiendo, tunc punirentur de vero falso. Infra eo. et si quis ibi obrepserit. tacendo vero non semper committitur falsum, vt dixi. e. l. versiculo. sed si quis. in verbo. non dicendum. sed quasi falsum 1 committitur in casu speciali cum fiscus decipitur. Et nota: † quod interdum quis rem vni venditam vel donatam, alteri vendit: et tunc punitur pena falsi. j. e. qui duobus. Interdum rem obligatam vni obligat alteri, vel vendit: et tunc aut asserit nulli fore obligatam. et idem. j. ea. l. si a debitore. aut hoc tacet. et tunc in hoc tantum casu speciali istius. §. committitur quasi falsum, scilicet cum contrahit scilicet cum fisco: et sic bona sua tacite obligando, que primo erant tacite obligata propter administrationem tutele. vel cure. Si autem contrahit seu obligat extraneo: aut ipse primo obligauerat expresse: et punitur crimine stellionatus. s. de crimine stellionatus. l. iij. Aut erat tacite obligata: et tunc idem puto, si sciebat ius et factum. Sed si ignorabat etiam ius tantum: tunc in nullo punitur, quia iuris error excusat a dolo, pro quo tantum imponitur pena criminis stellionatus. s. de abi. l. j. Et no. in. l. j. in fi. magne glo. si quis ius dicen. non obtem. iure cum contrahere. ideo est, quia tacita hypotheca, quam habet pupillus in bonis tutoris, no extenditur ad heredem. s. de admi. tut. l. ex pluribus. et sic fiscus in nullo decipitur. Paulus.

Qui ignorans. Non videtur quis renuntiare iuri quod ignorat sibi competere. h. d. Secor. sunt in gl. ¶ Adūt scilicet de facto, ex quo re vera testamentum erat falsum. Si autem non erat, sed probabatur: tunc serua solutiones, que ponuntur in prima glo. ¶ Prohibetur. Sed quid si sciebat? dic idem: quia non est in eius volūtate approbare vel. improbare quod falsum est: secus si ex eius voluntate dependeret, vt si essent cause preteritionis vel exheredationis: quia tunc consequendo aliquid videtur approbare. hec distinctio ponitur. in. l. post legatum. s. de his quib. vt indig. licet autem non videatur approbare testamentum? videtur tamen repudiare hereditatem abintestato, ex quo scienter ex inutili testamento legatum consequitur. s. de acquir. heredi. l. clodius. secundum glo. Paulus de Castro.

Si quis. Turpia lucra sunt ab heredibus extorquenda, et quando legata auferuntur ab indigno, quod penes ipsum remansurum erat, remanet penes fiscum, quod autem alteri restiturus erat, fiscus restituet. No. que dicta sunt.

Senatus. Iussus patris excusat filium a pena falsi, qui aliquod commodum in testamento sua manu sibi ascripsit.

Si quis legatum. Licet legatum vel fideicommissum sit inutile a principio. vel ex post facto, tamen ascribens sibi punitur falsi: dum modo testamentum fuerit perfectum quo ad solennitatem testium secundum gl. vel quo ad voluntatem, vt. l. si is qui. s. de testa. Sed Bar. not. hic textum, quod testamentū in quo filius est preteritus. est aliquod si interuenit ibi solennitas debita. Sed istud est verum quo ad formam, non quoad substantiā. Effectus primi, scz quo ad formam est, scilicet quod habet locum senat. consulti pena, et interdictum de tab. exhiben. vt hic. Effectus secundus est quod non impeditur ex eo hereditatem abintestato deferri: vt. l. j. in fi. si ta. test. nulle exta. Sed alij dicunt. quod valet de iure pretorio, non de iure ciuili. Sed ista est vna truffa: quia si valeret de iure pretorio, competeret ex eo. secundum tab. statim, et per consequens contra tabulas: non quia, non concurrit cum secundum tab. vt. l. ij. §. expectandi. de bo. poss. secundum tab. et tamen istud est secundum: quia statim datur contra tab. vt. l. is qui. j. de lega. prestā. et. l. si duo. non enim potest eodem iure valere, et non valere. Sed ex eo quod datur contra ta. et nō valere de iure pretorio: ergo si dicis ipm valere contra dicis tibi ipsi. et ista est ratio viua contra multos. ¶ Item nota hic maiorem esse defectum forme quam substantie: quia instituere vel exheredare filium est de substantia, non de forma. facit. l. an inutilis. de accep. et quod ibi nota.

§. **Si patronus.** Ascribens sibi quasi debitum de iure ciuili tantū perdit illud: secus si ascribat sibi verum debitum. h. dicit. text. ¶ Item secus si ascribat sibi quasi debitum de iure ciuili et naturali. ita intelligitur gl. que incipit secus, cōiuncta glo. que est. in l. cum emancipata. C. de iuris et fac. igno. Premitte, quod quarta debetur patrono in bonis liberti de iure pretorio tantum. nota hic circa glo. quod magis debetur quarta patri in bonis filij, quam patrono in bonis liberti: quia patri debetur iure pretorio et naturali, vt. l. eum.

Nullo modo. Ista. l. h. d. serui non possunt esse in iudicio cōtra dominū, nisi in causa testamenti suppressi, in quo libertas erat eis relicta. h. d. Adde quod not. in. l. lis nulla. s. de. iudi.

Quicunque. Non summatur. ¶ In gl. ad bestias. in fi. dic vt ibi. dic quod ibi loquitur de falsatoribus, id est, de falso fabricatibus ex toto. quo casu si pecunia erat ciuitatis. i. forma, punitur pena. l. prime: sed si erat principis punitur pena. l. secunde. Sed hic loquitur de his qui aliter monetam falsificāt. secundum Bartolum.

Summarium.

1 Aurifabri qui vasa argentea non pura, & ex argento solida faciūt quæ pro vere argenteis vendunt, qua pena teneantur?

Lex Cornelia. Pena falsi tenetur, qui falsificat aurum vel pecuniā, et qui non prohibet. et idem in eo, qui similes nummos stagneos vel plumbeos emit aut vendit. hoc. d. vsque ad. §. pena. ¶ Vitij. dic quia immiscuit aliam materiam, puta argentum vel aurichalcum, vt maior esset massa auri. Et 1 no. † secundum contra aurifices, qui non faciunt vasa deliga, et forma debita: vt teneantur pena falsi. ¶ Item no. contra tabernarios, qui exposuerunt vinum venale immiscētes aquam in dolio, vel aliud non ita bonum, vt teneantur pena falsi. ¶ Confirmauit. i. fabricauerit. adde dicto superiori. l. saccularij. circa prin. supra de extraord. crim. et de crimine stel. l. iv. §. j. vel dic fabricauerit. id est, destruxit, vt quia bonam monetam de puro argento destruxit, vt reficeret aliā: de non puro posset: vt quia habebat eum in sua potestate. s. de noxa. l. in. delictis. in princ. et de dam. infect. l. fluminum. §. quanquam. et de infa. l. quid ergo. in prin. vel quia erat al's subditus suus, in quem habebat correctionem. ¶ Quid autem si non potest prohibere quis aliquem delinquentem? vide quod nota. in. l. culpa caret. de reg. iuris. et de iusti. et iure. l. vt vim. ¶ Dolo malo. vt expendantur pro bonis. Secus si non dolo, vt puta, si emit nummos aptos ad calculandum. dicunt tamen doc. quod illi nummi non debent fabricari forma publica. Ex hoc patet quod expendens falsam monetam scienter, punitur pena falsi. quod est verum, si erat plumbea vel stangnea, vt hic. Al's puniretur extra ordiarie. l. saccularij. de extraor. cri. secundum bar. qui dicit se plures pro hoc eripuisse a pena falsi: licet in contrarium faciat. l. s. proxima. in verbo tinxerunt aliter intelligendo, quam glo.

§. **Pena.** Committens falsum in aliqua scriptura etiam circa testamentum, incidit. in. l. cor.

neliam. & idem in eis qui societatem contrahunt ad falsa testimonia ferenda. h. d. Et nota, quia in primo casu accusatio est publica, scilicet quando falsum committitur in aliquo instrumento: vt nota. in. l. j. supra de pub. iudi. pro instrumento vero suppresso, non est accusatio publica, nisi esset instrumentum testamenti: vt. j. ea. l. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Filiusfamilias notarius, an pro patre instrumentum conficere possit? Et quid pro matre?

Eo. Sicut pena simili tenetur, qui legatum vel fideicommissum sibi ascripsit, etiam si sit alterius potestati subiectus: & sic commodum non sit penes ipsum remansurum, ita etiam si ascribit illi, qui in eiusdem potestate subiectus est. h. d. Ar. huius. l. dicit Dy. quod 1 †filius familias notarius non potest conficere instrumentum pro patre, sed pro matre sic, vt. j. l. proxima. in fin. Sed istud videtur verum, quando illud instrumentum esset omnino in fauorem patris, vt puta si sit instrumentum donationis. al's non videtur habere locum ratio legis. & istud puto verum. vnde bene posset conficere instrumentum, quo pater alteri obligaretur. vel instrumentum venditionis inter patrem & alium facte. ¶ Nota circa glo. ibi, quod quilibet familiaris tenetur bonum facere & tractare illum, qui eum sustentat.

Summarium.

1 Licite factum per sequentem casum non efficitur illicitum.

Illud. Qui legatum vel fideicommissum ascribit extraneo, vel illi per quem sibi non queritur in senatusc. non incidit: licet illud in sua potestate postea redeat. h. d. cum. l. se. Et nota ex isto. §. 1 quod †illud quod licite factum est per sequentem casum non efficitur illicitum. Per quod dicit Dy. quod si notarius fuit rogatus de aliquo instrumento pro titio, cui postea successit, potest instrumentum conficere, & eo vti: quia sufficit quod tempore quo fuit rogatus ad ipsum emolumentum non spectabat. quod perpetuo tene menti secundum dominum Barot. ¶ Idem Ioan. fa. C. de testi. ibi omnibus.

Alii. Qui falsum nomen sibi fraudulenter asseuerat pena. leg. cor. tenetur. h. d. & idem in cognomine. h. d.

§. Ordine. Remotus ab ordine, vel deportatus ad certum tempus ob causam falsi instrumenti recitati. finito tempore recuperat veterem dignitatem & ad nouam potest aspirare. h. d. & est ideo quia propter talem causam, non debet ita acriter puniri, & ideo videtur secum dispensatum de infamia. Si autem cum eo non esset dispensatum, sed post tempus remaneret infamis, nec veterem recuperaret, neque ad nouam ascenderet. C. de decur. l. infamia. & nota. s. de infa. l. qui debere. §. pena grauior. in glo. magna. & dic vt ibi. vel dic, quod ratio est: quia accusatus de falso instrumento recitato non est publici iudicii, sicut de suspecto. infra. e. l. Paulus. & ideo damnatus non efficitur infamis, secus si falsum instrumentum: vt not. s. de pub. iudi. l. j.

Filius. Ista. l. cum seq. loquitur de quasi falso. h. d. iussu patris non excusat filium emancipatum ascribentis sibi in testamento a pena l. cornelie. quia reputatur extraneus: filius autem in potestate & seruus propter iussum patris & domini excusantur a pena: & si subscriptio subsequatur, etiam commodum, quod sibi ascripsit consequetur. h. d. text. cum glo. vsque ad. §. sequens. Quod excusantur, scilicet a pena criminali: legata tamen non consequentur, nisi sequatur subscriptio. C. de his qui sibi ascribunt. l. ii. & non tamen requiritur subscriptio maxime quo ad hoc, vt euitet penam: sed ad hoc, vt consequatur commodum, bene requiritur subscriptio secundum Dy.

Summarium.

1 Persona principalis in testamento pro non scripta habita, nocet omnibus, qui ex consequenti commodum forent assecuturi. Et quid si sint personæ duæ æquè principales?

§. Sequens. Si ascribat quis seruo communi sibi, & alteri in testamento sub persona serui, tanquam pro non scripto legatum non consequitur: quoniam inutile etiam quo ad socium. h. d. tex. Sed si ascribat sibi & alteri: tunc est inutile proportione subscribentis non proportione alterius cui acquiritur totum iure accrescendi. h. d. 1 glo. ¶ Et †sic no. quod quando principalis persona censetur pro non scripta, nocet aliis omnibus, qui debebant per consequentiam cōmodum consequi. ¶ Sed si sunt due persone eque principales defectus vnius nō nocet alteri. per quod determinatur, quod si notarius conficiat instrumenta principaliter in persona sua tantum, sicut tale instrumentum, est inutile sibi, ita & aliis qui poterant per consequentiam commodum consequi. Secus si concipiat in personam sui & alterius eque principaliter: quia non est tunc inutile quo ad personam alterius, sed sue tantum.

Summarium.

1 Maritus seruum dotalem rectè manumittit,

§. Maritus. Patronus ascribens sibi in testamento liberti incidit in senat. con sult. quo ad penam, & legatum vxori perdit. nec ex hoc tenebitur si libertus ille fuerat dotalis seruus: quia cum non consequitur, restituere non tenetur. hoc dicit. Vel sic. maritus non tenetur vxori ad legatum, quod in testamento liberti sibi ascripsit, qui fuerat seruus dotalis. h. d. premitte, quod habetur in. l. dotalem. cum pluribus sequentibus. s. sol. mat. ¶ Primo ponit questionem. Secundo responsionem. Tertio duas oppositiones & ad quālibet respondet. Secunda ibi. responde. Tertia ibi an. ¶ Premit 1 tendum †est etiam quod maritus potest manumittere seruum dotalem: quia est dominus. & sic est patronus, tamen quicquid cōsequitur. tenetur reddere vxori sol. matr. & etiam quicquid potuit consequi, & non consequutus fuit propter sui negligentiam sine culpa.

Summarium.

1 Legatum pro non scripto habitum apud quem remaneat?

§. In fraudem. Dic etiā si ascribat sibi debitam portionē, vt. l. si quis legatum. in fin. supra. eo. secus in filio, si portionem hereditatis sibi debitam ascriberet, vt sequitur in versu, & filium. ¶ In penam. edicti criminalem & etiam legatum perdit. ¶ Filium emancipatum. supple qui ascripsit sibi portionem in testamento patris sibi debitā. C. de his qui sib. ascrip. l. j. secus si ascriberet sibi legatum: quia tunc non valeret, & puniretur: vt. s. in principio. l. ¶ Possit, scilicet de iure ciuili. vt saltem non reddatur testamentum nullum. sed de iure pretorio non: quia competet sibi contratabulas. ¶ Bonorum pos. s. si ipse se heredem scripserit. ¶ Apud heredem cum onere fideicommissi no. istum finem. Et no. primo, quod cum quis sibi ascribit, non distinguitur an sit penes eum commodum remansurum vel non. ¶ Sed indistincte non valet in persona sua: secus est cum alteri ascribit: quia tunc bene distinguitur, an per illum queratur sibi. & nō va 1 let: al's secus, vt. j. ea. l. impuberem. Alterius †nota & secundo et tene menti: quod legatum pro non scripto remanet penes heredem cum onere. ¶ Sed hoc est verum. quando defectus causatur in persona legatarii in ipso actu legandi: secus si erat per prius. vt. C. de ca. toll. l. j. §. in primo. Paulus.

Summarium.

1 Error iuris quem à quasi delicto non excusat. Et quid in vero delicto.

2 Subscriptio testatoris in testamento, quis sibi quid ascripsit, quatenus prosit?

Diuus Claudius. Ista. l. loquitur de quasi falso. Casus. Qui ascribit sibi in testamēto alterius per se vel alium, ex edicto diui Claudii punitur pena. l. Cornelie de falsis. nec excusatur propter ignorantiam iuris, si tamen testatoris

toris subscriptio subsequatur, si quidem specialis est, in totum prodest: si vero generalis prodest quo ad euitandam penaz. sed quo ad legatum capiendum, non prodest. h. d. vsq; ad. §. Item senatus. ¶ Edicto scilicet facto ad confirmationem senatusconsult. libonlani, quo idem cauetur. ff. e. l. j. §. ad testamenta. et etiam ad suppletionem eius, vt patet. in. e. l. §. Item Senatus, versiculo, & quatenus, in versiculo diuus pius rescript. ¶ Nota 1 † q error iuris non excusat quem a quasi delicto. & est ratio: quia ibi non requiritur verus dolus, sed presumptus, a quo dolo presumpto sola iustissima causa excusat. casus est hic, et. ff. de adm. tuto. l. tutor, qui repertorium. in princ. Sed a vero delicto vel vero dolo, excusat etiam ignorantia iuris, & quelibet causa etiã nõ iusta. ff. de iuris. omni. iud. l. si quis id quod. §. doli. & de ambi. l. j. & not. gloss. in. l. j. in fin. magne. ff. si quis ius dicent. non obtemperauerit. Ignorantia vo facti excusat indistincte. j. de decretis ab ordi. faciend. l. fi. & que qualiter presumatur, vide. c. cũ in tua. qui ma. accu. po. & de iur. & fac. ign. l. regula. §. j. & C. de peri. tut. l. si tutor. ¶ Dictante testatore. & ipso patre vel domino mandante, vt nota. ff. e. l. de eo. in prin. in maiori glo. circa fi. al's enim non esset in culpa, si filius vel seruus sine mandato sibi ascriberet vnde non puniretur. j. e. l. versiculo matri quoq;. ipse tamen seruus vel filius sic, vt dicta. l. de eo. in princip. ¶ Ualere. & quo ad penam euitendam, & legatum capiendum: vt. ff. e. l. j. §. inter fi- 2 lium. Sed † generalis subscriptio non prodest quo ad legatum, Sed quo ad veniam facilius impetrandam a pena. & hoc verũ in extraneo. sed in filio sufficit generalis, quo ad vtrunq;: vt dicto. §. inter filium. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Substitutus titio, si sine liberis ex proprio corpore natis, an si monasterium ingrediatur titius, ad substitutionem veniat, an vero monasterium quasi sit substitutum?

§. Item senatus. Seruus ascribens sibi libertatem etiam iussu domini, non consequit ipsam, nisi testatoris subscriptio subsequatur. quo casu non solum fideicommissariam, sed directam libertatem consequit, & libere persone propter iussum testatoris non excusantur, nisi necessitatez parendi habuerint: vel in nulla culpa fuerint: vel sunt tales, quibus licitum sit ignorare ius. hoc. d. vsq; ad. §. si quis duobus. ¶ Primo loquitur de seruo. Secundo de liberis hominibus. Secunda ibi, quod tamen. Item prima diuiditur in duas: quia primo ponitur illud quod cauetur in senatuscon. secundo id quod suppletuz fuit per edictum diui pij. secunda ibi, diuus pius. ¶ Itez scda: diuidit qr ponitur senatuscon. versiculo quod tamen. Secũdo ponũtur tres exceptiones. quarum vna est in versiculo, quin. alia in versiculo matri. alia in versiculo idem in filia. ¶ Libertatez, scilicet fideicommissariaz catenus. i. quare, & idem in directa, vt sequitur. ¶ Uideri Iite tex. est notabilis. & facit ad questionem, q si testator heredẽ suum grauauit ad aliquid faciendum, & faciat per alium eque idoneum: quod videatur testatori paruisse: quia videtur per alium fecisse, & etiam sua manu. ar. huius tex. & hec vera in vltimis voluntatibus, que recipiunt interpretationem extensiuam: secus esset in statutis, que non recipiunt extensionem. l. cessat de publ. & l. constitutiõibus ad munic. quia staretur verbis, vt si esset statutum, q tempore guerre quilibet eat ad guerram in propria persona: si iret per famulũ, vel aliã personã: incideret in pe- 1 nam statuti. ar. l. iij. §. hec vero. ff. de nego. gesto. ¶ Item † facit iste notabilis. §. ad questionem. primo q quis substituit titio, si sine liberis decesserit ex proprio corpore pcreatis, q si intret monasterium, quod sit substitutum ipsum monasterium. etiam si dixerit ex proprio corpore procreatis. argu. huius text. qd est notandum.

§. Si quis duob'. Qui sibi hereditatez in tertio gradu substitutionis ascribit. vel sub duabus conditionibus, non incidit in senatusc. h. d. Paulus de Castro.

Paulus. Pro instrumẽto subrepto nõ est publica accusatio, nisi fuerit testamentum, & in quolibet instrumento vel scriptura committi potest falsitas. circa testamentum signando falsum, vel subripiendo verum, aut celando ne voluntas appareat. h. d. vsq; ad. l. cum quidam. ¶ In gl. super verbo subtrahatur. hoc verum si subtrahatur respectu certe persone, vt illa iam damnificetur. ff. de fur. qui tabulas, sed si subtrahat simpliciter, vt veritas non appareat: tunc committitur falsum, vt in fine. l. hec distinctio probatur. in. l. iij. §. si quis dolo. ff. de ta. exhibend. ¶ In tex. signasset, & est tunc accusatio publica. insti. de pu. iudi. §. Itẽ l. Cornelia. & not. supra de pu. iudi. l. j. in tertia glos. ¶ Literis publicis, que fidem facerent, si essent vere: al's secus, vt not. C. e. l. damus. in glo. super verbo priuata. & supra. e. l. si quis legatum post princ. ibi: nam & falsum testamentum. ¶ Resignauerint. i. signum amouerint, vt fidem auferant scripture. per quod no. q illi, qui auferunt bullam de literis papalibus dolose cõmittunt falsum, secundum Barto. Paulus de Castro.

Cum quidam. Legatum, quod quis sibi ascribit, remanet penes heredem cum onere. h. d. & est casus, in quo pro non scripto remanet cum onere. regulariter contra. C. de cad. toll. §. in primo. vt dixi. supra. e. l. filius. in fi.

Summarium.

1 Impuberem ac seruum ad testamentum scribendum, imo quemlibet admitti, sed & foemina quoq; admittitur.

2 Pater num pro filio instrumentum conficere queat?

Uxori. Maritus ascribens legatum vxori, non punitur pena falsi. h. d. Et nota quia ista scriptura mariti pderit vxori. de quo Dyn. facit magnum festum dicens, non alibi ita bene reperiri: quia maritus notarius potest conficere instrumentum pro vxore. ¶ Sed tu dic, q nihil facit: nam hic loquitur de adhibito ad scribendum 1 testamentum in scriptis, in † quo quilibet admittitur etiam impubes, & seruus: vt. j. e. l. impuberem. in princ. & supra. de testa. l. seruus. & etiam femina. & tamen predicti non possunt esse tabelliones, nec conficere instrumentum publicum: cum illud sit officium publicum, quod non conuenit predictis: vt. j. de reg. iuris. l. ij. in fi. & l. quod attinet. nam scriptura talium non est illa, que fidem facit, sed testificatio testium. ipsi autem vtuntur nudo ministerio scripture, vt no. in. l. ij. C. quemadmodum testa. appe. in glo. nec recipit fidem ex ipso scribente. secus in instrumento publico: vñ maritus non possit fidẽ facere pro vxore testificãdo, vt nota. in. l. ij. C. de testib. sic nec instrumentum conficiendo: nã & pater filio emancipato vel militi ascribere potest. ff. e. l. si pater & tamen non posset esse testis pro eo, vt. C. de testi. l. percũtes. er- 2 go nec instrumentum conficere, quod plus est. Predicta † vera nisi constaret, q consensu ambarum partium rogatus esset maritus, vel pater: quia tunc videntur ipsum in hoc eligere nec possent ipsum postea recusare: sicut nec iudex de consensu partium impetratus, recusari potest. infra de appell. l. ex consensu. & extra. de offi. deleg. c. super questionum. circa fi. Paulus.

Summarium.

1 Arbitri compromissarij velut & arbitratores, si in se compromitti sinant, arbitrari coguntur.

§. Qui se. Qui se tutorẽ ascribit, suspectus psumit. Si tamen iudex reperiat ipm idoneũ cõfirmabit ipsum, & non recipiet officiuz ex testamento, sed ex edicto suo: nec se poterit excusare, postq semel consensit. h. d. not. ¶ Et adde q talis non incidit in senatuscon. quia non ascribit sibi commodũ, sed onus, & in hoc facit ad titulum. ¶ Presumitur, non tamen est presumptio iuris & de iure. bene tamen admititur probatio in contrarium, vt statim sequitur. ¶ Approbetur, per inquisitiones iudicis ex edicto, & sic non erit tutor testa- 1 mentarius, sed datiuus. ¶ Consensisse. Nota † bonum text. ad arbitros compromissarios, vel ad arbitratores: vt si consentiãt in se compromitti, arbitrari cogantur. Idem habes. in. l. iij. §. j. ff. de arbi. al's autem si non cõsenserint, non coguntur: nisi tantũ iuxta. l. nesennius. §. j. de excusa. tuto & plene nota. in. l. j. ff. de le. ij. In gl. ij. quando dicit fideicommissariũ, id est, executorẽ, q. fideicommissarius dicitur. Et nota glo. que equiparat executorẽ & tutorem, simpliciter. Glo. habes. in. l. tutelaz plerunq;. de tutelis. Et adde pro declaratione glo. quod non est executor ex testamento, sed ex edicto pretoris. Et sic erit datiuus non testamẽtarius. de quo loquitur. l. iiij. de ali. & ciba. lega. Facit etiaz istud ad testem, qui venit sciscitando, quod presumitur suspectus. de

quo not. in l. post legatum de his quibus. vt indig.

Qui falsam. Que sit falsa moneta, dicitur per Innocen. in c. authoritate. de instit.

Qui duobus. Qui duobus eandem rē insolidū vendit, & qui iudicem corrumpit falsum committunt. Sed leuiꝰ puniuntur, ꝙ alij falsum committentes. hoc dicit vsqꝫ ad. l. impube.

Summarium.

1 Impubes notarius an esse posit?
2 Dolus verus in quasi falso non requiritur.

Impuberem. Impubes sibi ascribens in testamēto pena falsi non tenetur, quia a dolo presumpto excusatur. h. d. ¶ Impuberem ascribētem sibi in testamento. & sic videtur, ꝙ † impubes possit esse notarius. qđ quidā dicunt ꝑ hanc l. sed falsum est, quia tale officium est publicum: & ideo non cadit in impuberem. ī. de re. iur. l. ij. in fi. nec obst. ista litera in testamento in scriptis. adde quod potest adhiberi etiam seruus. ś. de testa. l. scriptura: quia talis scriptura non est publica, nec recipit autoritatem a scribente. ¶ Sed a subscriptione & depositione testium, & ideo quilibet admittitur secus in scriptura publica, que accipit authoritatem a tabellione, secundum Dyn. facit ad ea que dixi. ś. e. l. vxori, sed impubes potest esse miles. C. de testa. mil. l. fin. ¶ Edictum diui Claudij. ś. e. l. diuus. ¶ Falsi, id est, quasi falsi, quo ad propositū, vt. ś. e. l. j. in fi. per glo. ¶ Dolus malus. s. presumptus. Nam † in quasi falso: non requiritur verus dolus, sed presumptus, vt patet. ś. ea. l. diuus. ij. responso, a quo dolo presumpto excusatur pupillus, vt hic &. ś. de eden. l. j. in fi. & no. glo. nota in. l. veluti, in principio. e. ti. quod dic, vt. l. j. §. si aduersus. de nou. oper. nuntia. per Dyn. & Bart. & vide quod ibi notatur omnino. Paulus de Castro.

§. Si ei. Ascribens alteri non punitur, si per illam personam sibi lucrum non queritur. h. dicit vsqꝫ ad. §. qui codicillos. & ponuntur sex exempla per ordinem. ¶ Incidere. Sed contra videntur: quia illud legatum tacitam habet conditionem, si reuertatur ab hostibus. & ideo videtur nō incidere. ś. e. diuus. §. fi. sed ibi duplex erat conditio, hic vna tantum, & sic non obstat. ¶ Existimetur. quia legatum est inutile & sibi non queritur. & sic nota, ꝙ quando quis ascribit alteri inspicitur euentus, an sibi queratur, vel non. Sed cum ascribit sibi, inspicitur animus, vnde tenetur & punitur etiam si legatum sit inutile. ś. ea. l. si quis legatum. ¶ Item in adoptionem dato, scilicet per ipsum ascribentem. ¶ Alteri fecerit, scilicet ipse ascribens.

Summarium.

1 Dare quid alicui, aut eum ab eo quod dedet, exonerare paria esse.
2 Legatum & ademptio in testamento respectu ascriptionis an distent?
3 Principaliter actum spectandum, & si ex eo inconueniens sequatur.

§. Qui codicillos. Non qui ascribendo sibi dat, sed qui datū affirmat, & etiam qui ab eo quod dare debebat, se exonerat in senatusc. incidit. secus in eo, qui rem estimabilem sibi ascribit. h. d. vsqꝫ ad. §. Item non continetur. ¶ Incidit. quia confirmando sibi dare videtur. Et sic no. ꝙ ille qui confirmat, dat. quod est verum si datio esset inutilis sine confirmatione, vel si sine confirmatione parum operatur: vt no. in. l. legitima. ś. de pact. & adde bonum tex. cum glo. in. l. ex his verbis. C. de donat. inter virum & vxorem. & nota. in. l. j. ī. de verbo. sig. ¶ Dederit. Nota † ꝙ paria sunt alicui dare, vel ab eo, quod dare debebat, ipsum exonerare: nam vtrobiqꝫ videtur factus locupletior. quod est verum si dare debebat notario. ś. de dona. inter virum & vxorem. l. qui dant. §. si vxor. secus si contingenter: vt. e. ti. l. si sponsus. §. concessa. ¶ Ademerit, quo casu valebit ademptio, si de voluntate testatoris fecit, al's secus, vt sequitur. ¶ Et no. † differentiā inter legatum & ademptionem: nam legatum etiam voluntate testatoris ascriptum, non valet. ś. eod. filius. §. sequens questio. & hoc ne delictum suum sibi prosit. Sed ademptio voluntate testatoris facta, valet licet illam ascribens sibi puniatur. & sic consequetur commoduꝫ ex eo, quod illicite fecit. Sed hoc ideo ne delictum suuꝫ alteri cui testator nocere voluit principaliter, prosit: licet ex illo per consequentiaꝫ commodum sentiant. & † sic inspicitur, quod principaliter agitur: licet ex illo inconueniens sequatur. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Constitutionem pœnalem ad casum similem pertrahi.

§. Item non continetur. Ascribēs sibi libertatem in testamento alterius non domini, incidit in edictum, sicut si ascribat sibi legatuꝫ: quia maior est ratio, licet verba senatusc. hoc non contineant. h. d. etiam † nota constitutionē penalem extendi ad casum similem, vbi viget eadem vel maior ratio, contra tamen hoc facit glo. in. §. Item mista. insti. de acti. verbis, scilicet senatus consulti. ¶ Penam scilicet criminalem & ciuilem. scilicet, ꝙ libertateꝫ non consequatur, vt conueniat qđ sequitur. Sed criminalem euitat ex solo iussu sine subscriptione. supra. e. filius versiculo excusatus. Paulus de Castro.

§. Si testamentarius. Quomodocunqꝫ commodum quis sibi ascribat, siue ex testamento, siue mortis causa capione. incidit in sen. consul. Secus si ascribat sibi damnum, et non videtur commodum sentire, qui rem tanti valoris erogat, quantum accipit. h. d. ¶ Ad hoc vltimuꝫ vide. l. ab omnibus. in fi. de leg. j. vbi est tex. formalis de condi. & dem. l. sed si hoc. §. f. vt quia testator grauabat heredem, ꝙ emeret seruum ipsius testamentarij, id est, scribentis, & manumitteret: nam si pro pretio competenti, non sentit commodum ascribens, & ideo non punitur: secus si maiori vt sequitur. ¶ Ab eo testamentario, scilicet per heredem. in. l. impuberem. in fi. in glo. fi. quando dicit. ś. de bo. po. contra tabu. l. non pu. §. si quis sua manu. de quo dic vt plene not. in. l. si quando. C. de inoffi. testa. Paulus.

Quid sit falsum. Ista. lex. facit, ꝙ si in rescripto aliquod mendacium exprimatur, quod non committit falsum. Paulus de Cast.

Summarium.

1 Accusari duo, sed & plures de eodem crimine simul possunt. Et sic mandans, & mandatarius.
2 Sententiam declaratoriam in criminali ferri.
3 Accusans testamentum de falso quibus incommodis afficiatur?
4 Iudex maleficiorum incidenter de ciuili cognoscere potest.
5 Statuto si caueatur, vt accusans non probans plectatur in. x. ff quis accuset nec probet, iudex in eadem sententia reum absoluere, & accusatorem non probantem poterit. Et id ad cuius petitionem fieri debeat?

A Thaletus. Ista. l. est no. & singularis. Qui testamentum accusat de falso, & non probat perdit commodum. & in illo sibi relictum: licet ad instigationem alterius hoc fecerit. qui probationes paratas sibi offerebat: ipse tamen instigator commodum, non perdit. h. d. no. ¶ Domini. qui duos extraneos heredes instituerat in. xj. vncijs, & filiam in vna vncia tantum: & grauauit institutos. ex. xj. vncijs, vt seruum manumitterent: et tūc possessionē hereditatis sibi restituerent, vt sequit. ¶ Professus ex quadam iactantia, volens forte complacere filie, que conquerebatur de patre qui modicum sibi reliquerat, vt duodecimā. Et sic in vna vncia. ¶ Et in crimine falsi. i. in accusatione falsi. in qua requiritur subscriptio, vt. l. libellorū. de accu. ¶ Et proculum coheredem. & sic nota, ꝙ † duo possunt accusari de eodem crimine, & ad hoc alle. Sed certe etiam plures. C. si reus vel accusatus mortuus fuerint. l. j. Et sic facit. ꝙ mandans & mandatarius possint. simul accusari vt hic. & l. nihil. in fin. ś. de adul. & ibi videtur casus. ¶ Pronūtiauit per quod videtur absoluisse ipsos accusatos. & † sic nota, ꝙ in criminali fertur sententia declaratoria pro reo. sic etiam contra reū. ī. ad turpil. l. j. §. finautē. calumniatoribus, sic etiam in cā reali. ś. de rei ven. & ex diuerso. & si seruit.

z si seruit. vendi. l. sicuti. §. si queratur, sic etiam in personali ferri potest. ff. de ar. l. quid tamen. §. si arbiter. z potest ferri absq; verbo absoluo, vel condemno. ¶ Iussit. Et hoc in eadez sententia.

3 Ex quo† nota quatuor. primo q; accusans testamentū de falso perdit commodum ex eo. z est ideo: quia impugnat testatoris voluntatem directo. vnde non debet ex ea commoduz consequi. secus est si impugnaret factum heredis tantum: vt. ff. de leg. ij. l. lucius. §. sempronia. quem oino vide. plene nota. in. l. post legatum, de his quibus vt indig. per Bar. ¶ Secundo nota, q; etiā legitimam sibi debitam perdit: nam ista duodecima non poterat esse, nisi debita pro legitima, z tamen eam perdit, quod est valde notandum. quoad. l. papinian. de inoffi. testa. §. meminisse, z non obstat in auf. de heredi. z fal. §. si quis aūt admonitus. z. C. de fideicomm. authen. hoc amplius: quia ibi in modo implendi voluntatem testatoris deliquit. Sed hic in impugnādo, quod plus est. ¶ Et istud facit ad illum, qui non vindicat necē defuncti: vtrum perdat legitimam. Cogitabis. puto tamen q; non impugnat voluntatem testatoris, sed negligit debitum officium impendere: vt argu. d. authen. hoc amplius: z quia pene sunt restringende. ¶ Tertio no. q; propter instigationem alterius non excusatur ista filia, quin perdat relictum. ¶ Sed hoc ideo, quia talis erat persona vilis seruus, cui credere non debebat, ar. ff. de eo per quem fac. est. l. j. §. ij. Secus si homo esset grauis, z talis authoritatis cui credere deberet: quia tunc excusaretur: vt. l. qui cum maior. §. fi. de bo. libe. z quod not. glo. in. l. titio vsuff. de cōdi. z de. ff. de dolo. si qs affirmauerit. facit. c. cū in tua. extra. de sponsal. ita potest intelligi. l. maiorem. C. e. ti. ¶ Quar-

4 to† not. q; iudex maleficiorum potest incidenter de causa ciuili cognoscere, probatur supra. de fur. l. interdum. §. qui furem. z fi. regund. l. iiij. §. si dicatur. z. C. de cōd. ob turpem causam. l. quod euitandi. z in authen. de constit. princ. §. q; si delinquentis. Sed principaliter non, vt supra de iudi. l. solemus. §. latrunculator. z

5 de pu. iudi. l. defuncto. §. j. Et† sic est hic casus, si statutum dicat q; accusans non probans puniatur in. x. q; iudex potest in eadez sententia reum absoluere, z accusatorem non probantem condemnare. ¶ Et nota, q; istud debet fieri ad petitionem partis. si commodum respicit ipsam. iuxta nota. in. l. si quis iussum. §. si iudex. de dam. infec. ¶ Sed si respiceret commodum fisci, posset iudex, ex suo officio absq; postulatione partis. vt no. in. l. fin. C. de bo. vacant. ¶ In glo. dum dicit. Incidit ad turpill. dic q; ibi destitit, hic non, vel ibi in turpil. incidit, sed commodum ex testamento non perdit: vt hic. et sic sunt casus diuersi non aduersi.

Qui nomine. Qui falsum verum committit. nō solum criminaliter punitur. Sed illi quem ledit ad interesse tenetur h. d. ¶ Et idem dicunt doc. in omni crimine publici iudicij per hanc. l. z. l. nec quicquid. supra pro socio. z facit ista. l. contra baiulos, vel seruientes, qui falsam citationem, vel relationem faciunt, vt teneantur de falso: z etiam ad interesse partis. Paulus de Castro.

Si quis patris. Turpia lucra sunt ab heredibus extorquenda. hoc dicit.

Summarium.

1 Testis varius contrarius ac vacillans quid inter se differant? remissiue.

2 Testis varius, an statim quod variauit, periurus dicatur? Et quid de eo qui sibi contradixit.

3 Testis, qui in secunda instātia se ad id quod in priori dixerat, refert: an testimonium efficax sit?

Eos. Testis varius punitur de falso, siue variet in eo, quod dicit in eadem instantia z inter easdē personas, siue in eo, quod dixerat z asseruerat extra iudicium, siue in eo, qd dixerat in alia instantia inter diuersas psonas, eadem tamen causa. h. d. vsq; ad. §. qui se. z continet tres partes prout sunt tria dicta. Secunda ibi z eum z c. Tertia ibi de impudentia z c. Et est notabilis. l. valde. ¶ §. qui se, non summatur, licet notabilis. in. l. eos, in tex. diuersa. vt puta quia primo negauit postea asseruit. Vel quia primo deposuit de

1 vno loco z tpe, z postea de alio. ¶ Et† que sit differentia inter testem varium contrarium. vel vacillantem, notat Innoc. in. c. preterea. de testi. cogen. ¶ Ibi inter se, istud verbum determinat verbum testimonia. quod sequitur, non verbum eos: vt sit sensus, q; diuersitas sit inter dicta vnius z eiusdem testis: nam si esset inter dicta plurium testium diuersitas, non propterea dicerentur falsarij: sed reducerentur ad concordiam, vt in. c. cū tu. de testi. quod est verum, si par numerus testium esset hincinde: al's staretur maiori numero: vt nota. de offic. de leg. cum contingat. ¶ Item hec vera in dictis plurium testium. Sed dictum partis cum dicto testis nunq; reducuntur ad concordiam. vt eleganter no. Inno. in dicto. c. cum contingat. quem Bart. refert. in. l. x. §. creditum. si certum pe. z dic vt ibi. ¶ Quasi falsuz. hec ideo dicit, quia nō constat adhuc, in quo dicto sit falsum: tamen quia necesse foret alterum dictum esse falsum, perinde tenetur de falso ac si constaret. z hoc ista litera vult. z hec erat ratio dubi-

2 tandi. Et per† eandem rationem dicitur periurus statim q; variauit, licet non constet, in quō falsum dixerit. Casus est. in. c. cuz dilectus. de temp. ordi. hoc verum si variauit in iudicio. ¶ Sed si extra iudicium ab eo, quod dixerat in iudicio. non dicitur statim falsarius, nisi prius probetur, quod probat: quia primo dicto statur. z tamen si esset falsarius non staretur, vt in. c. sicut extra de testi. z quod no. Inn. in dicto. c. preterea. de testi. ¶ Pronuntiādum. Hoc verum nisi variaret animo se corrigendi, et iustam causaz haberet variandi: quia tunc permittitur: vt in authentico de test. z in dicto. c. preterea. z vide omnino quod ibi no. Inno. Idem hoc verum, si variat circa substantialia negotij, secus si in narrandi modo, vel circa non substantialia: vt extra de verbo. sig. c. nihil obstat. ¶ Contra signuz, vt puta deposuit, q; signum non erat suum, et probatum fuit postea, q; erat suum. et sic cstat q; falsuz dixit. Vel pone q; deposuit contra scripturam signo suo signatam. Ex hoc patet quod non facit pro opin. bar. Quid dices: q; testis contradicens in iudicio ei, quod dixerat extra iudicium. tenetur de falso. nam hic loquitur de eo, qui deposuit contra signū vel sigillum. qd plus est q; cōtra dictū simplex. ¶ Item aduerte, quia loquitur de eo, quē cōstat dixisse falsuz, vt patet in verbo falsum. Sed Bar. loquit de simpliciter cōtradicēte. cuius dictū etiā al's perspicaci demōstratione ostēdit nō procedere: nā pone q; extraiudiciū dixit falsum. certū est. q; illi dicto nō stat: q; receptū est sine iuramēto. ¶ Itē ex illo nō punit, tamē quia nō fuit periurus nō tenetur extra iudiciū veritatē dicere. C. de fur. l. inciuile z. ff. e. quid sit falsuz. ¶ Si ergo dicas q; cōtradicendo in iudicio falsum cōmittitur. z sequeretur qd propter veritatez dicendā incurreret falsum. ¶ Item sequeret q; timore pene cogeretur persistere in mēdacio cū dicto. ¶ Itē sequeretur, q; si perseueraret in eodē mendacio dicto extra iudicium, non teneretur de falso. omnia videtur absurda meo videre, nisi sustinendo dicas, q; Bar. loquitur quādo non cōstat extra iudicium dixisse mendaciū. ¶ Quid autē si ab eo qd primo dixerat in iudicio variet extra iudiciū? dico, q; statur primo dicto, lz aliqualiter minor fides sibi detur. vt in. c. sicut. de testi. z qd not. in. c. cū in dicto. c. tua. z. c. cū causam. in vltima glo. z. c. veniēs. in gl. pen. e. ti. z per Inno. in dicto. c. preterea. ¶ Duobus. etiam in diuersis instantijs in eadem tū causa, quod dic. vt dicto. c. ve-

3 niens. de testi. per Inno. ¶ Sed† queritur si testis in secūda instantia productus refert se ad id, quod dixerat in alia instantia: vtrū valeat testimonium: dic q; sic, si ista duo concurrunt. scilicet q; sint verba testis se referentis. ¶ Itē q; referat se ad dictū suum, vt. C. de testib. l. iubemus. circa mediū: naz si essent verba notarij, vt puta, dicit notari⁹: talis testis interrogatus dicit idē per omnia, q; prior testis. nō valēt: q; notari⁹ facit in hoc se iudicem: quia non dz interpretari, sed formaliter transcribere, vt notatur. in. c. j. de fide instr. z idē si testis nō referat se ad dictū suū, sed alterius: vt puta, si dicit: dico idē per oīa qd dicit talis. Videtur suspectus, quasi dicat eundem, meditatūq; sermonem, vt supra de testi. l. iij. §. tu magis. Ita intellige quod not. I. and. in dicto. c. nihil obstat. de verbo. sig.

Summarium.

1 Obreptio, & subreptio in quo differant?

2 Sententia contra absentem, & indefensum non valet obtenta per obreptionem, Et quid si contra præsentem? Et item quid in iudicis decreto?

3 Accusator calumniosus, an de falso teneatur?

Si quis. Qui per falsas allegationes vel suggestiones sententiam obtinuit caret commodo sententie, z de falso tenetur. h. d. valde notabil'r. ¶ Obrepserit. Obreptio† cōsistit in exprimē-

do falsitatem: sed subreptio in tacendo veritatem. hanc differentiam ponit quidam in. c. cum dilecta. extra de rescrip. lib. vj. licet vnum sumatur pro reliquo communiter, vt patet. in. c. super literis. pro quo vide tex. in. l. sed ⁊ si lege. §. patronum. Ibi obreptio. ff. de in ius voc. ⁊. ff. de fideicō. liber. cū vero. §. subuentū. 2 cum similibus. ¶ Nihil agit: quia † sententia non valet: quia lata est contra absentem ⁊ indefensum, vt. l. si pretor. §. marcellus. supra. de iudi. Sed si lata est contra presentem: tunc valet, sed beneficio restitutionis, tunc rescinditur. vt supra de re iudi. l. diuus. ⁊ de exceptio. l. qui. agnitis. ita intelligitur titulus. C. si ex falsis instrumentis. ⁊. c. cum venerabilis. de excep. ⁊ que nota. de proba. c. licet ex causa. ⁊ hec sunt vera in sententijs diffinitiuis. Decreta vero iudicis per obreptionem interposita sunt ipso iure nulla. vt. l. tutor petitus. ⁊. l. seie egresse. ff. de tuto. ⁊ cura. dat. ab his. ⁊. l. j. §. hec verba. ne vis fiat ei, qui in possess. mis. est. de fi-3 deicommi. liber. cum vero. §. subuentum. ¶ Sufferre. Per † hoc dicunt quidam, ꝙ calumniosus accusator tenetur, de falso. ita dicit Bart. licet alij contra. pro quo facit glo. in. l. iij. supra de cōcussio. ⁊ de calumni. l. i. ¶ Tu dic, ꝙ istud est verum in duobus casibus. Primus est si obtinuit sententiā calumniosam per subreptionem, vt hic. ¶ Secundus, si recipit pecuniam pro calumniosa accusatione, vt. in. l. j. de calum. ¶ Sed si nec pecuniā recipit, nec sententiam obtinuit, tenetur tātum. l. rhemia, de calumniatoribus, vt. j. ad turpil. l. j. §. calūniatoribus ⁊ ita reducas ad concordiam. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Rescriptum principis suspectum producenti maior pœna imponitur, quam qui aliud instrumentum producit, & ei qui instrumentum, quam qui aliam scripturam.
2 Instrumenta suspecta ad quid dignoscantur?

Diuus pius. Producens in iudicio instrumenta falsa, nisi probauerit ipsa vera, tenetur de falso, ⁊ secundum qualitatem criminis interdum grauius, interdum leuius punitur: at si per errorem fecerit, sibi parcitur. hoc dicit. ¶ Pro mensura. 1 Quia † maior pena imponitur producenti, rescriptū principis suspectum, ꝙ aliud instrumentum. ¶ Item maior pena instrumentum producenti, ꝙ aliam scripturam, argu. extra. eo. titu. c. falsariorū: nam licet pena falsi regulariter sit deportatio, vt supra. ea. l. j. in fin. interdum tamen mitigatur arbitrio iudicis, vt supra. eo. qui duobus. et nota. in dicta. l. j. in fin. ¶ Instrumen-2 ta. Scilicet † suspecta, ⁊ sine forma, vel inspectione: vel quia cancellata. vt. l. fina. C. de edict. diui adria. tollen. l. si vnus: vel quia non cōtinent debitam solemnitatem. C. de numerarijs et actuarijs. l. quicunq;. libro sexto. ⁊ de testamen. l. iubemus. in fin. vel quia non concordat cum prothocollo, vt in authen. de tabellio. §. fin. nam his casibus non datur fides tali scripture, postꝙ ex sui forma est suspecta, vt hic, ⁊. C. de ꝓbat. l. iubemus. ¶ Sed si suspicio non apparet ex forma scripture, puta si notarius fuisset rogatus de instrumento futuro: nam tunc contra instrumentū presumitur. ar. l. fi. de ritu nup. ⁊ de admi. tuto. l. non existimo. ⁊ extra de clandestina despon. c. fi. ⁊ in. c. vt nostrum. vt ecclesiastica benefi. tamen quia suspicio non apparet ex forma scripture. sed ab extra venit. statur scripture, nisi probetur falsa: ita notatur in spec. de instru. edit. §. ij. versu. ⁊ nota. ꝙ si tabellar. ⁊ tunc non haberet locum. l. ista. quia non tenetur producens fidem imponere tali scripture. Alios modos quibus scriptura dicitur suspecta habes in dicta. l. iubemus. C. de probat. per glo. ⁊ doct. et qualiter instrumentum presumatur falsum, habes. in. l. ij. C. de summa trinita. ⁊. l. iij. C. de paga. Paulus de Castro.

Summarium.

1 Mensuræ publicæ in ciuitatibus de cuius mandato proponi debent.

Hodie. Qui corrumpit edictum pretoris, tenetur de falso. ⁊ idem si corrumpit mensuras publice approbatas, qui tenetur etiā ad duplū eius, quod interest alterius, ⁊ pro crimine relegatur. Cōdēnatur. Declara istū tex. ꝑ ea, q̄ notantur. ff. de dolo. in. l. arbi-1 trio. §. de eo. ⁊ † adde, ꝙ tales mēsure poni debēt de mādato principis, vel ciuitatis. C. de sucep. ⁊ arca. l. modus. ⁊ debent poni in loco publico, vt in authen. de colla. §. si autem. Et nullus nisi princeps potest statuere, vel mutare mensuras. C. de flumine alexandrino. l. ij. libro. xj. Et ciuitas. de contrahen. empt. l. imperatoris. Paulus de Castro.

Si quis falsum. Ille qui alleg. l. falsam, vel constitutionem: tenetur de falso. non tamē dicas ꝙ propter hoc accusetur iudex, si per imperitiam iudicauit. Imo facit litem suam: vt. l. si iudex de varijs. ⁊ extraor. cogn. Ad hoc facit quod dixi. supra. e. l. athaletus. nota hic ex glo. contra illos, qui alleg. apostill. ⁊ dictata tanꝙ aliquorū do. que tamen nunꝙ fuerunt: ⁊ hoc quando non habent ab aliquo insigni docto. qui publice dicebat, ꝙ erant dictata talis doctoris. Nam alias excusarem eum.

Ad. l. Iul. repetundarum Rubrica.

Lex Iulia. Magistratus vel alij in publico officio positi, si pecuniam, a subditis recipiant. l. iul. repe. tenētur. Fallit si recipiant a consanguineis, vel cognatis. h. d. ¶ Accepit. Etiam a spōte dantibus: nam si ab inuitis vel per iniuriam extorqueant, tenentur crimine concussionis: vt. ff. de concussion. ꝑ totum. ¶ Uxoreue. In casu, quo licita est donatio inter virum ⁊ vxorem, vt supra de do. inter vir. ⁊ vxo. l. si sponsus. §. concessa. secundū quosdam. Tu dic: quod nō queritur hic de viribus donationis, sed an recipiens puniatur. Paulus de Castro.

Daturi. Actio in factum ex hac. l. descendens ad repetendum, quod datum est, vel interesse contra heredes datur intra annum. h. dicit. ¶ Datur actio. etiam si ad eos nihil peruenit ⁊ ante litem contestatam. quod est speciale, ⁊ ideo non datur nisi infra annum tantum: quia cum vnum sit contra eū, aliud est pro eo: vt. ff. de iure iur. l. eum qui. ¶ In glo. prima. ibi actioni factum. hec vera. vt supra. ti. j. l. qui nomine. Paulus.

Eadem. In principio nō summatur. ¶ §. hac. l. prohibetur. Sed notarius esse potest, secundum Bart. quia officium illud non est dignitas sed munus: vt. l. fi. C. qui mili. nō po. ⁊ ibi gl. a quo non repelluntur infames. C. de decu. l. infames. qd est, verū de notario simplici. Sed notarius principis esse non potest: quia illud est dignitas. C. de man. prin. l. i. nec potest esse notarius ad banchum. quia est officium in publico: a quo repelluntur infames, vt. l. ij. §. miles. de his qui not. infa. Bart. ¶ Accipiat. Ut puta, si vadat ad senatum, vt proponat ꝓ me data pecunia. tene mēti pro illis qui vocantur a cardinalibus: quia non debent accipere pecuniam vt pro altera partiū consulant, ⁊ si recipiant tenetur hac. l. vt in gl. ⁊ idem in aduocato, qui recipit pecuniam ad aduocandum, vel non aduocandum. §. si quis non. in fine.

Summarium.

1 Iudex iuris defensiones non admittens qualiter puniatur?
2 Iudex vel in publico officio constitutus donum vel munus quando accipere possit?
3 Titulus de calumniatoribus quid differt abs titulo de falsis, & concussionibus? & quid inter se?
4 Accusationes criminales se adinuicem tollunt.
5 Iudex pro sententia ferenda pecuniā nū accipere debeat? Et quid in decreti interpositione?

§. Hodie. Non debuerant: quia habebant. Defensionem iuris, puta qr occiderat ban-1 nitum quem licebat impune occidi ex forma statuti. ¶ No. † ergo ꝙ iudex qui non admittit defensiones iuris perinde punitur ac si non admitteret defensiones vere innocentie: qd tene menti: ⁊ ita alle. dominus Baldus istū tex. in. l. presbyteri. C. de episcopis. ⁊ clericis. ⁊ adde ꝙ sicut occidens Innocētem debet decapitari vt hic, ita etiam iudex, qui non admittit exceptionem 2 innocentie. c. vt. C. ne sacr. bap. iteretur. l. ij. vel. iij. Et † vt scias, quando ille iudex qui in aliquo officio cōstitutus est, possit aliqd

munus

munus vel donum recipere. dic. q aut recipit rone officij: z tunc non est ei licitum ab aliquo recipere: vt habetur in litera. §. e. l. j. Aut nõ recipit ratione officij, sed aliquis vult ei dare tanq̃ suo amico: z tunc potest recipere ab extraneo sibi amico, vsq3 ad cẽtum aureos §. e. l. eodez. §. si. ab cognatis vero z consanguineis suis potest accipere. vt hic in. l. lex iul. §. apparet. vt, §. e. l. j. all. de

3 arbi. ¶ Ultimo † not. ad intellectum huius tit. q titulus de calumniatoribus loquitur quando iudex recipit pecuniam, vt aliquis faciat vel non faciat calumniose. ¶ Sed iste loquitur qualitercunq3 recipit. Item ille locum non tñ h3 in iudice, sed etiã priuato. Sed iste locum non habet nisi in iudice. vel alio constituto in publico officio, vt. §. in. l. j. ¶ Item etiam ex illo edicto principaliter oritur accusatio ad penaz pecuniariam: sed ex isto principaliter procedit accusatio criminalis. vt. l. lex Julia. §. fin. licet etiam secundario prodeat ex eo accusatio ad penam pecuniariam. vt l. ij. §. e. ¶ Item differt hic titulus a titulo de concussionibus. nam ille loquitur cum pecuniaz accipit a partibus timore perculsis, z sic ab inuitis. ¶ Sed iste loquitur qualitercunq3 recipiat, etiam a sponte soluente. ¶ Item illud est crimẽ priuatum: z sic non cõpetit accusatio, nisi leso. Sed istud est publicum: z sit competit accusatio cuilibet. ¶ Item ex illo datur actio, ex isto accusatio. Conuenit autem dictus titulus cum dicto de calumniatoribus quia ex vtroq3 datur actio vtriq3 ad quadruplum. ¶ Sed in hoc differt quia ex illo de calumniatoribus aut quadruplum applicatur danti. vt quia non fuit in turpitudine: aut fisco, quando in turpitudine, vt notatur supra, in. l. ij. in gl. ¶ Sed ex illo de zcus. medietas quadrupli applicat fisco, z medietas exacto vl' expoliato. C. de asse. l. iij. ¶ Itẽ differt hic tit. a. l. j. in. §. j. §. de sica. nam. l. j. loquitur cum iudex pecuniã recipit vt innocentem qualitercunq3 condemnet. Sed iste loquitur generaliter etiam cum simpliciter recipit. vt condemnet.

4 vel absoluat. ¶ Et no. † q iste accusationes criminales tollunt se adinuicẽ, vt. l. senat. de accus. et sic accusatus hac. l. non accusatur, sed. l. Cornel. de sicar. vel de fals. Sed cum edicto de calumniatoribus et cum titu. de concuss. bene concurrunt: quia ille sunt criminales accusationes, iste vero ciuiles. z sic vna per aliam non tollitur: licet simul proponi non possint, sed vna post aliam. C. quando criminalis, actio. l. j. Et adde circa hunc titu. tres casus: nam interdum datur iudici pecunia contemplatione officij, z hoc non licet cuicunq3, etiam a consanguineo. Nec in aliqua quantitate, interdum datur propter consanguinitatem, quod presumitur cum dat consanguineus: nisi contrarium probetur. et tunc hic in infinitum, vt supra. e. l. j. in fin. z. l. lex iulia. §. apparet. Interdum dubitatur qua contemplatione detur: et tunc licitum est recipere vsq3 ad centum aureos in anno: vt. §. ea. l. j. in fin. Quod intellige dum modo non detur ab vna persona, et simul, sed separatim, et a diuersis personis et per minutas dationes: al's presumeretur fraus. arg. in. l. cum. §. lucius. de his que in fraud. credito. ¶ Item hoc verum de iure isto, et etiam hodie in ordinariis iudicibus, qui non habent salarium de publico: al's si habent, nihil penitus recipere possunt. vt in authen. scriptum est exemplar. in fine secunda colla. etiam esculenta z poculenta, vt notat gloss. in. l. plebiscito. de offic. presid. Sed Guliel. de cugno in esculentis z poculentis distinguit, qui dicit in hoc non corrigi. ll. antiquas, per dictam authen. z per istam distinctionem an habeat salarium, vel non, concordant gloss. contrarie. quarum vna dicit etiam ordinarios nihil hodie posse capere: vt in authen. de manda. princip. §. opus. Alia contra. i auk. de iud. §. ne aũt labor. in auk. vt iudex sine quoquo suffra. §. eos, z in auk. iusiur. qd' pstak ab his. §. j. delegat⁹ aũt iudex de iur. ciuili. capere põt duos aureos in principio, z duos in fine cause, vt dcõ. §. ne aũt labor. Sed de iure canonico nihil, nisi habeat proficisci de vrbe, vel de suo domicilio, de rescri. c. statutũ. §. insup. lib. vj. xviij. dist. nõ facit. z tũc modicas expensas. qd' dr in dcõ. §. insup. ¶ Itẽ arbiter accipere põt salariũ a partib⁹ q nõ repit hoc phibitũ. ar. ad hoc. §. si. regũ. l. iiij. §. j. z. C. de proximis sacr. scri. l. j. §. sacris. vsu. apd' arbitriũ. z de pn. agẽ. i reb⁹. l. fi. li.

5 vij. Itẽ adde q sicut p snia fereda nõ d3 iudex accipe pecuniã, sic nec p decreti interpositiõe: vt. §. e. l. iij. in verbo decernẽdũ. et C. de nupti. l. si furiosi. z de episco. audien. l. tam dementis. et not. C. vbi caus. fisca. l. ad fiscum.

Ad. l. Iuliam peculatus *Rubrica.*

Summarium.

1 Peculatus crimen generale esse, & sub se quae comprehendat.

2 Pecunia publica num in alium, quam destinata sit, vsum consumi possit.

1 ¶ Dic, q † peculatus crimen est generale, comprehendens sacrilegium, z de residuis. Et locum habet in ambobus. nam de residuis locum habet, cum quis pecuniam subripit publicam ex administratione quam habet. j. l. ij. z. l. iiij. §. leg. Jul. sed peculatus tam ex administratione, quam sine: vt. j. l. j. que indistincte loquitur. et. C. e. l. j. Item sacrilegium, est cum sacrum aufertur de sacro, non aliter: vt nota. j. e. diuus. Sed peculatus cum de sacro, vel de nõ sacro, vt. dicta. l. j. z. l. iiij. in pn. Tex. j. nõ sumatur. ¶ Item in. l. ij. in fine ibi, cum dicit faciat. zc. Sed † vtrũ

2 potest in aliquem vsum publicum consumere, quam destinatuz sit? dico q non nisi de mandato principis, vt. l. legatum. de admini. rerum ad ciui. ptinen. z vide eam omnino, cum ibi nota. et l. j. e. ti. z in cle. quia contingit. de relig. domi. pro quo. l. si quis ad declinandum. C. de epi. z clericis. §. fi. z vide qd' ibi notatur. fallit in tribus casibus, in quibus sufficit solus consensus ciuitat. ¶ Prim⁹ si vsus ad quẽ destinabat erat vl' illicit⁹ vl' ipossibilis vt. l. legatum supra de vsufr. lega. Secundus si ad illum vsum non sufficiebat, vt dicta. l. legatum. §. j. de admi. rerum ad ciuit. pertin. ¶ Tertius si magis expediebat rei publice in aliũ vsum cõuerti. de oper. publicis. l. fi. i pn. C. e. z adde qd' plene no. Bar. in dicta. l. legatum. supra de vsufr. leg. ¶ Et nota, pro illis qui legãt ecclesie vt ematur calix. vel aliquid simile, si pecunia non sufficit, potest destinari ad alium vsum: z hoc de mandato principis z summi pontificis: al's non, vt dicta cle. quia cõtingit. de relig. do. z dicta. l. legatum. §. j. infra de admi. rerum.

Summarium.

1 Inquisitio generalis quo iure commissa sit. Et quid de speciali. Et item generalis quotupliciter dicatur.

2 Iudex de delicto commisso in loco non sibi subdito num inquirere possit.

3 Iudex saecularis de crimine sacrilegij, & si ecclesiasticum sit, inquirit: sed & episcopus quoq; idem potest.

4 Accusatio pro sacrilegio coram quo institui debet. Et quae sint cõmunia ecclesiastica de quibus coram vtroq; iudice ecclesiastico scilicet & seculari agi possit.

§. **Mandatis.** Iudices seculares debent inquisitionem generalem facere ad reperiendum sacrilegos z latrones, z eos repertos debite punire. h. d. notabiliter. ¶ Latrones. ¶ Que sit differentia inter latrones z fures: dic vt nota. §. pro soci. l. cuz duobus. §. damna. in glo. z in authen. sed nouo iure. C. de fur. ¶ Inquirant. z erat ista inquisitio generalis quo ad res delicta z personas, z de incertis delictis inquiritur, que incertas personas comprehendit.

1 Et † no. tria singulariter in hoc. §. j. q de iure communi commissa est inquisitio generalis, Quid autẽ de spẽli: dic vt. §. de adul. l. ij. §. si publico. z dr spẽlis, qñ de certo delicto inquiritur contra certã psonã, in qua seruatur ordo iuris: z precedere d3 infamia: vt. c. cũ appareat. z. c. qualr' z qñ. de accu. z sequik ex ea punitio. z est odiosa: q: via extraordinaria: vt. l. rescripto. §. si quis auctoritatem non habens. j. de mu. z hon. ¶ Sed generalis dicitur tripliciter. primo quo ad crimina z personas, vt hic. z. l. cõgruit. de offi. presidi. ¶ Scdo quo ad crimina, non quoad psonas: vt cũ de incer. criminibus inquiritur contra publicã personam, vt contra suspectum tutorem vel priuatam. vt in. c. cum. i. z a. de re. iud. ¶ Tertio quoad personas nõ quo ad crimina, vt cũ de certo crimine qd' cstat cõmissum, non tñ cõstat p quẽ inquirik z reperiat delinquẽs. z iste oẽs gñales sunt pmisse. ar. hic vt dicta. l. cgruit: z in eis nõ seruatur ordo iuris: q: recipiũt testes in absentia partis, z dicunt pparatorie ad spẽcialẽ inquisitionẽ z testes: z eis receptis recipiẽtur interim in spẽli inquisitione. z ita seruat totus mũdus. scdm Inn. qui ita notat de elec. c. bone. super verbo testis. z iste vocantur hodie secrete informati ones. ¶ Scdo

2 † no. q iudex inquirere põt de delicto cõmisso in loco sibi non subdito: nã sacrilegiũ cõmittitur in ecclesia, q nõ subdita iudici seculari: z tñ secularis iudex inquirit, vt hic. z. l. si quis in hoc. C. de epis. z cler. per quas. ll. disputãdo determinat Cynus in questione, que incipit rector ciuitatis. q iudex potest inquirere contra subditum delinquentem extra territorium suum, z ita tenuit Bar. contra Dyn. per multas rationes in materia maleficiorum. z Joan. Andr. in spec. tit. de compe. iudi. aditione, dicẽtes q inqsitio fit principal'r propter iniuriã illata rei publice. Sed si

subdit⁹ vni⁹ iudicis alibi delinquit, non est offensa res publica illius iudicis, cuius subiectus est, ideo nõ potest inquirere, lʒ ibi possit accusari: q2 via accusationis est criminalis. C. vbi de crimine agi opor. l. j. Tu dic primã opi. veram, si delictũ erat vtrobiqʒ punibile, vt furtum, vel homicidium: secus si in loco delicti tantum puta ratione specialis statuti, vel consuetudinis, que inducit delictum, qđ alibi nõ esset: nã illud statutũ vel cõsuetudo non extenditur vltra territoriũ, vt. l. fi. de iurisd. omniũ iudi. ꝛ tunc cess. t vera secunda opinio. ¶ Vltimo † not. ꝙ iudex secularis inquirit de crimine sacrilegij, quod est ecclesiasticũ: episcopus etiam inquirere potest, vt in. c. cuʒ sit generalis. extra de foro competenti. ꝛ est locus preuentioni, vt. l. si quis postea. de iudi. ꝛ dicta. l. si quis in hoc genus. ¶ Sed accusatio coraʒ quo debet institui pro sacrilegio? dic ꝙ aut agitur ad penam mere temporalem, vt ad penaʒ capitis, que pro sacrilegio imponitur vt. j. e. sacrilegij. ꝛ tunc agetur coram seculari, cum ecclesiasticus non possit illã imponere, vt in. c. sentẽtiã. ne clerici vel monachi. Interdum agitur ad penam mere spiritualem, vt ꝙ excommunicetur: ꝛ tunc agitur coram ecclesiastico, vt in. c. conquestus. de foro competen. interdum agitur ad rei restitutioneʒ, que potest fieri per vtrunqʒ: ꝛ tunc electio est actoris coram quo malit conuenire: ita intelligi debet. c. cum sit generalis. de fo. competen. ¶ Extra ordinem. Nam extraordinaria dicitur executio pene, que imponitur sacrilegijs: quia potest variari ad arbitrium iudicis ex varijs causis, vt. j. eod. sacrilegij. ¶ Penam. Sed ipsa pena in genere est ordinaria, quia est capitalis. j. e. sacrilegij. in principio. ꝛ sic tollitur contrarium glo. Que autem † sint alia crimina, ecclesiastica de quibus, potest agi corã vtroqʒ iudice? dic vt in dicto. c. cum sit generalis, ꝛ est vt crimẽ heresis ꝛ symonie.

Lege Iulia. ¶ Lege. Iulia. de residuis tenetur, qui ex administratione, cui preest, pecuniam publicam subripit, ꝛ thesaurus absconditus non est religiosus, nec locum religiosum facit. ꝛ ideo surripiens crimen peculatus non committit. Sed qui pecuniã ciuitatis romane subripit peculat⁹ crimine tenetur. h. d. vsqʒ ad finem. Paulus.

Summarium.

1 Sacrilegium quid sit?

Qui. Sacrilegium non committitur sed furtũ, si non sacrum auferatur de sacro. h. d. tex. Secus si sacrum auferatur de sacro, vt. j. de pe. l. facta. §. locus. h. d. gl. Sacrilegẽ. Nam † sacrilegiuʒ est sacre rei violatio, vt no. xvij. q. iiij. c. j. Sed hic nulla sacra res fuit violata: nam edes sacra non fuit effracta. ¶ Item res subrepte non erant sacre. Sed si factum fuisset furtum cum effractura sacre edis. crederem esse sacrilegium etiam secundum legem, licet res subtracte non essent sacre: vt. j. l. prox. in prin. ver. sed moderanda. in verbo, effregerunt. Nec obst. quod ibi sequitur, ꝛ dona dei ꝛc. quia non omnia dona sunt consecrata, ꝛ adde quod dicam. j. e. sacrilegij. in prin.

Summarium.

1 Specialia tria in furto publicæ pecuniæ.

§. Qui cum in moneta. Subripiẽs pecuniã vel aurum publicum, non committit falsum, ꝛ tam ipse, quam prestans opem, tenetur in quadruplum: ꝛ efficitur prestans opẽ infamis ipso iure, ac si cõdemnatus esset. h. d. vsqʒ ad fineʒ. ¶ Et † no. tria specialia in furto pecunie publice. ¶ Primo in principali furtum committente: quia tenetur in quadruplum, non distincto palam vel occulte subripuerit. ¶ Secundũ est in prestãte opem: quia tenetur simpliciter in quadruplum: ac si esset manifestus fur. Sed in alio furto indistincte nõ tenetur furti manifesti: vt. l. is qui opem. s. de furt. ¶ Tertium est, ꝙ efficitur quis infamis ipso facto, ac si condemnatus esset: sed in alio furto requiritur sententia: vt. l. j. s. de infa. ¶ Vltimo no. glo. magnam circa medium, que exponit tex. dum dicit, perinde. Non tamen per omnia idem. ad statuta que dicunt talem forensem, qui habitauit tãto tempore, haberi perinde, ac si esset ciuis, vel pro crimine: ꝛ tamen reperitur vnum aliud statutum, in quo denegatur sibi aliquod priuilegium ciuitatis. Nam primum statutum limitatur per secunduʒ, vt habeatur pro ciue: non tamen per omnia, ꝛ sic primum statutum non corrigitur per secundum, sed restringitur. quod est valde menti tenendum. ¶ Cõdemnetur. ꝛ hoc ideo, quia subripit de pecunia incorporata fisco. Sed si non esset incorporata, teneretur ad duplum, vt. l. aufertur. §. j. de iure fisci, Paulus de Castro.

Summarium.

1 Sacrilegium verum quod sit. Et circa quid committatur?
2 Sanctum à sacro quid differat. Et quot modis sanctum dicatur?
3 Sacrilegium committit qui regis saluam guardiam rumpit. Et qualiter id sit intelligendum?

Sacrilegij capite. Pena sacrilegij capitalis est: ꝛ verum sacrilegium committitur in rebus sacris ad vsum publicum cõsecratis: sed quasi sacrilegiũ cõmittit in sacris cõsecratis ad vsum priuatũ. ꝛ magis punit verũ sacrilegiũ, quã quasi sacrilegiũ. ꝛ ꝯsideratio inter vtrũqʒ spectat ad iudicẽ. h. d. tex. cũ gl. ¶ Capite. Et sic est pena ordinaria inspecto gñe. ¶ Sed executio diuersimode fit iudicis arbitrio. ꝛ sic est extraordinaria. s. e. l. sacrilegij. in prin. ꝛ ita cõtrar. tollit. l. iiij. §. fi. s. e. ꝛ p hoc tollit cõtra gl. ¶ Publica sacra. i. ad vsum publicũ cõsecrata, vt sunt ecclesie cũ vestib⁹ ꝛ vasis cõsecratis ad vsum ppli. ꝛ istõ dr verũ sacrilegiũ. ¶ Sed qđ. j. sequit, dr quasi sacrilegiũ. ¶ Unde no. ꝙ † verum sacrilegiũ est violatio sacre rei ad vsum publicũ ꝯsecrate. ꝛ istud cõmittitur interdũ circa locũ tantũ, vt cũ tẽplũ vel ecclia frãgitur. qđ intelligo etiã si nihil subripiat. vt s. e. diuus. ¶ Scđo circa res: vt cũ sacrũ aufertur scđm legistas sed scđm canonistas etiam si de non sacro. vt no. in dicta. l. diui. ¶ Tertio circa psonas, vt cũ infertur violẽtia, vel iniuria ministris intra ecclesiã diuinis vacãtibus, vt. l. si quis in hoc genus de epi. ꝛ cle. Sed scđm canones, vbicunqʒ fiat, ꝛ in quibuscunqʒ vacet. ꝛ idẽ in quibuscunqʒ ecclesiasticis psonis, nõ solũ in sacerdotibus, vt in. c. suadente. xvij. q. iiij. de snia excõ. supuenit. Et q̃ sunt ecclesiastice psone no. in. c. duo sunt gña christianorũ. xvij. q. j. ¶ Sʒ † quasi sacrilegiũ dr violatio rei sancte vel sancte ad vsũ puatũ ꝯsecrate. Circa qđ no. ꝙ sanctũ differt a sacro: q2 sacrũ dr, id est cõsecratuʒ. ¶ Sed sanctũ dicit dupliciter. primo id quod sanctione quadã subnixũ est, vt sunt. ll. diuine vel humane: que si offendantur scienter, vel ignoranter. committitur quasi sacrilegium: vt probatur. s. de re. diui. l. sacra. §. proprie. cõiuncta. l. j. C. de crimine sacril. Idẽ est in eo, qđ princeps facit. Nã omne factuʒ principis dicitur sanctione subnixum: q2 vim. l. habet. C. de do. inter virũ ꝛ vxorẽ. l. dona. ꝛ. s. de publi. l. cesar. ꝛ ideo dubitarẽ, an illud sit recte factũ, ꝛ de principis potentia, quasi sacrilegiũ est. vt. C. de crimine sacri leg. l. instar. ¶ Secundo modo dicitur sanctum quod est ab iniuria hominis securũ ꝛ alienum: vt sunt muri ꝛ porte ciuitatis, quos nullus lederi debet: al's quasi sacrilegium committitur. vt supra de rerum. diui. l. sanctum. in princip. ꝛ. l. fin. Et idem est in rebus ecclesiasticis non consecratis, et vt in possessionibus ꝛ domibus: que cum debeant esse ab iniurijs hominum immunes, occupans illas committit quasi sacrilegium. xvj. questione. ij. nulli liceat. et. c. predia. et de foro competen. conquestus, et idem in legatis hostium, qui dicuntur habere securitatem de iure gentium: et nullus debet eos offendere: vt infra de lega. l. fin. al's committeret quasi sacrilegium quia rem sanctam violat. Idem in his que habent securitatem a iure ciuili, vt venientes ad nundinas. C. de nundinis. l. j. vel in eo qui habet securitatem a principe: vt nota. in. l. prima, in princip. supra ad. l. iulia. maiesta. per Bartol. Idem in illo quem princeps recipit sub sua protectione, vt patet. in. c. si papa. de priuile. libro. sexto. ¶ In his enim omnibus puto quasi sacrilegium committi, quasi sacra res offendatur. ¶ Per † hoc etiam patet ꝙ rumpens saluam gardiam regis, committit sacrilegium, quod intelligo si rex aliquem sub speciali protectione recepit: secus si sub generali salua gardia sub qua sunt omnes de regno. al's enim committeret sacrilegium alter alterum offendendo: cum omnes sint sub principis protectione generali. j. de pen. l. capitalium. §. ad statuas. Et ad hunc effectum intelligendũ vide. in. c. recepimus in gloss. in versiculo. protectionis. extra de priuileg. ibi dum dicit ꝛ aliquam reuerentia ꝛc. et adde quod habetur. xvij. questione. iiij. per totum. ¶ Priuata, id est, ad vsum priuatum, vt vnius domini temporalis, vel ecclesiastici: quia retinet capellam in domo sua cũ alijs pertinentijs ad vsum suum tantum. Bar.

§. Labeo.

§. Labeo. Crimine peculatus. Nō tenetur, qui pecuniam sacram vel publicam ex officio, quod habet subtrahit: sed tenetur. l. iul. de residuis, secus in eo qui pecuniam fisco debitam simulans se fisci creditorem retinet. Et idem si publicarum tabularum, pecuniam capit sine licentia illius, qui ei rei preest. h. dicit.

Summarium.

1 Personaliter pro debito fiscali capi nūquis possit: Et in quibus casibus idem liceat?

2 Citatio verbalis quot modis fiat: Et an mulier personaliter capi debeat? nu. 3.

Labeo. Debitor fisci, lz sit in mora soluendi, Non tenetur. l. Jul. de residuis nisi post annum. Potest tamen cogi ad soluendum per captionem pignorum ꝛ retentionem persone, ꝛ per mulcte indictionem. ¶ Corpus retinendo. Nota† ꝙ pro debito fiscali potest quis personaliter capi. ad hoc quotidie alle. nō tamē ponet in carcere nisi sit in magna ꝯtumacia. C. de exacto. trib. li. x. l. nemo carceri. Sed tantum representabitur iudici, vt litiget si negat, vel si confitetur statim compellatur soluere. ¶ Itē est et aliꝰ casus in quo quis citatur realiter per capturam persone, scz in causa criminali, vt. in. l. iij. in fi. C. de custo. reo. ꝛ poterit etiam extrahi de domo. vt no. ī. de reg. iur. l. nemo de domo. ꝛ. s̄. de in ius voc. l. sed is. An aūt ponatur statim in carcere, distinguitur an sit presumptio contra eum, vel non: ꝛ vtrum sit graue crimen de quo accusatur: vt. s̄. de custo reo. l. j. ꝛ. l. diuus in princi. Est ꝛ tertiꝰ, scilicet in causa ciuili postquā quis est cōdemnatus: quia potest capi ꝑsonaliter ꝛ incarcerari, nisi cedat bonis: vt. l. j. C. q bo. ced. po. est ꝛ quartus scz in causa ciuili, scz post litē contestatam, licet condemnatus non sit: q: pōt capi personaliter, licet nō incarcerari. l. consentaneum. C. qūo ꝛ qñ iud. Et iste est casus in quo potest habere locū remissio in causa ciuili. Regulariter cōtra, vt nota. in. l. heres absens. de iudi. ¶ Quintus casus est in eo, qui alienauit bona sua in fraud. credito. s̄. que in fraud. cred. l. fi. in fi. ꝛ ibi notatur in gl. extra istos casus in causa ciuili. nō hʒ locū citatio personalis per capturā persone: sed citatur realiter: Et si non venit fit missio in possessionez ex primo decreto: vt probatur. s̄. de lib. ho. exhib. l. fi. in fi. Citatio† vero verbalis fit tripliciter primo per edictum: ꝛ istud nō permittitur delegato, sed ordinario tantū: vt in auť. de exhiben. reis. §. si vero. C. qūo ꝛ qñ iudex. auť. qui semel. Secundo per vocem preconis. Tertio per nuntiū vel epistolam. ꝛ hec duplex: nam interdum vt quis personaliter compareat. ꝛ istud fieri nō potest ab inferiore a principe, nisi in causa criminali, vel ciuili pro veritate dicenda, vel iuramēto prestādo vt in. c. j. de iud. lib. vj. ¶ Scdo vt cōpareat ꝑ se vel ꝑ procuratorē. ꝛ ista vocať citatio legitima ꝛ cōis atq; regularis: vt in. c. cū dilecti de dolo ꝛ ꝯtu. ꝛ ibi not. De istis citatiōibꝰ habes gl. magistrā. x. colla. in feud. in. c. vnico de mili. vassallo, qui ꝯtumax est, ꝛ de in ius vocā. l. pleriq;. ꝛ. l. sed in his. Et †adde ꝙ mulier nō debet ꝑsonaliter capi, vt. C. de offi. diuer. l. j.

Ad. l. Iuliam ambitus Rubrica.

Summarium.

1 Lex Iulia de ambitu num in principe locum habeat? Et electio in quo spectetur?

2 Ius ciuile an imperator pecuniam pro honore aut dignitate danda accipiendo, tollere possit? Et qui dat pecuniam pro honore habendo in quod crimen incidat? nu. 3.

4 Symoniacus, & ambitiose promotus in quo distent?

